in obiectum ſicut in terminum: licet nõ accipientem eſſe per ipſam: ſed preſupponitur in ſuo eſſe: et ꝓpter iſtas duas ſignificat̃ grãmatice per verbum actiuũ. Actio autẽ tranſiens vltra iſtas conditiones addit tertiam: qꝛ ſcꝫ eſt productiua alicuius vt termini accipientis per eam eẽ: vt calefactio eſt productiua caloris ĩ ligno vltra paſſionem in ligno: ſcꝫ calefieri. Iſta autẽ diffinitio actionis ſic intellecta non eſt generis in ſpecies ſꝫ vocis in ſignificatões. Nam actio tranſiẽs eſt vere actio de genere actionis. Actio autẽ inmanẽs eſt vere qualitas: vt intellectio viſio: ſꝫ equoce dr̃ actio ꝓpter cõditiones predictas in quibus conuenit cum actione de genere actionis. Alio° poteſt etiam actio de genere actionis diuidi in inmanentem et tranſeuntem: ſicut ſuperius in inferiora: Nam non ſolum ad formam inductam per motum ĩ paſſo alio ab agente eſt actio de genere actionis ſed etiam ad formã inductam in ipſomet agente. Intellectio enim aliqua actione intellect⁹ producitur: que actio productiua eſt de genere actiõis illa cuĩ forma abſoluta cum ſit noua eſt termin⁹ alicuius actionis proprie dicte: per quã accipit eſſe. Quando ergo forma terminans ipſam actionem eſt in ipſo agente: tunc actio ipſa manet. Quando v̾o forma terminans ipſam actionem eſt extra agens: tunc actio ipſa tranſit. Diſtinctõ illorum modorum accipiendi inmanentem actionem patet: qꝛ illud quod ſm̃ illum intellectum dicitur actõ inmanens vt intellectio: hoc dicitur terminus actionis inmanentis ſm̃ alium intellectum Illam aũt actionem ꝓductiuam intellectionis cõmuniter intelligimus per hoc quod eſt dicere vel elicere intellectõem Iſte ſecundus intellectus de actione inmanente et tranſeunte licet ſit verus: tamen non eſt de intentione ariſ. 9. meta.

Item ſciendum ꝙ reſpectus in genere eſt duplex: vnus intrinſec⁹ adueniens: ⁊ alius extrinſecus. Voco aũt reſpectum intrinſecus aduenientem qui ſequitur neceſſario ambo extrema poſita in actu: vel quod idẽ eſt: quãdo neceſſario ſequitur ſuum fundamentũ poſito termino: et talis reſpectus ẽ tãtũ de genere relationis. Voco autẽ reſpectũ extrinſecus aduenientem q̃ nõ neceſſario ſequitur poſita extrema ĩ actu: et ſub h° membro cadunt illa ſex principia d̾ quibus agit auctor. 6. principioꝝ. Patꝫ enĩ de actione et paſſione: quia poſſibile eſt actiuum et paſſiuũ eſſe: et etiam approximari: ⁊ tamen non habere illum reſpectum: ꝙ ſcꝫ agens ſit illud a quo paſſiuꝫ tranſmutetur: nec paſſiuum id a quo tranſmutetur: puta ſi ſit aliquid impediẽs actionem: et ꝓ tanto illa ſex principia non ſunt ſpecies relationum: qꝛ relatio dicit reſpectum intrinſecus aduenientem: illa autẽ non. De quando tamen ẽ ſpecialis difficultas: Videtur enĩ ꝙ ſit reſpectus intrinſecus adueniens cum neceſſario ſequitur extrema poſita in actu. poſito enĩ tp̄e ⁊ motu que ſunt extrema qñ neceſſarium eſt eſſe motum in tempore: et per conſequens reſpectum quem importat quando. Ratio ꝙ quãdo non neceſſario ſequitur extrema: ⁊ eum iſtat̃ de tempore et motu dico ſm̃ ariſtotilem quarto huius: ſi eſſet aliud celum eẽt aliud tempus. Ex quo concludo ꝙ poſſꝫ eſſe motus in alio celo vel vniuerſo qui non menſuratur tempore huius celi. Similiter ſi deus extra celum crearet lapidem: ⁊ moueret ipſũ per nouum ſpacium: ille motus nõ menſuraretur tempore hoc noſtro. Similiter loquendo poſſibile eſt poni tempus et motum ⁊ tñ motum non menſurari tempore: et per conſequens nõ habere quando. Ex quo patet ꝙ quando eſt reſpectus extrinſecus adueniẽs cum non neceſſario conſequitur extrema poſita ĩ eſſe. ¶ Vlterius ſciendum ꝙ agens creatum habet reſpectum ad terminum primum ſiue totalẽ qui dicitur productum: et ad terminum que eſt forma producta: et ad ſubiectum illius forme quod eſt paſſum ſeu trãſmutatum. Quod autem reſpectus iſti ſint alij probatur quia ſunt ad alios terminos:

tum quia reſpectus correſpondētes ecōuerſo ſunt omnino alij. reſpectus em̄ ꝓducti ad producens eſt ſicut dependentis ad illud ad quod dependet: ⁊ hᵒ ſimpliciter ſm̄ eſſe ſuū: ſicut ſimpliciter accipit eſſe. Reſpectus autē tranſmutabil' ad tranſmutantem non eſt reſpect⁹ ſimpliciter dependentis ſm̄ eſſe. Trāſmutabil'e enim ſm̄ eē ſui ſimpliciter cōcurrit cum agente vt cōcauſa: et non accipit eſſe ſimpliciter ab ipſo: ſed tantū accipit eſſe ſm̄ formam que inducitur. Reſpectus enim ꝓducti et inducti patet ꝙ ſunt alij: et ſi vterqꝫ ſit dependentis ab ipſo producente: quia illud primo depēdet quod accipit primo eſſe: ⁊ hoc eſt ꝓductum. Illud autem ſecundario depēdet quod ſecundario accipit eſſe: ⁊ hoc eſt eductum vel inductum. Iſtorum trium reſpectuum ex parte agentis duo p̄mi non ſunt extrinſecus aduenietes: qꝛ vel agens non habet relationem realem ad productum vel inductum: vt patꝫ de deo producente creaturam: vel aliquid in creatura. vel ſi habet relationeꝫ neceſſario conſequitur fundamentum poſito termino. Ille autē tertius reſpectus q̄ eſt ad paſſum eſt extrinſecus adueniēs: quia bene poſſibile eſt actiū vel paſſiuū vt ſubiectū eſſe etiam approximata et tamen non habere illum reſpectū vt agēs ſit illud a quo paſſum tranſmutetur: nec illud tranſmutetur ab ipſo: vtpote ſi eſt aliquid impediens actionem: ergo cum actio ſit reſpectus extrinſecus adueniēs vt prius dictum eſt erit habitudo agentis ad patiēs ſeu paſſum tranſmutatum. Duo autē alij reſpectus ſcꝫ productionis et inductionis ſiue actiue ſiue paſſiue pertinebunt ad genus relationis proprie dicte: quia ſunt intrinſece adueniētes. Ex predictis apparet multiplex equiuocatio huius nominis actio. Uno enīꝫ modo dicitur de operatōne prout intellectio vel volitio dicitur operatio: ⁊ tamen in rei veritate ē qualitas. Alio mō actio dicit per ſe habitudinem vel reſpectum: et quandoqꝫ accipitur hoc nomen actio pro reſpectu producentis ad ꝓductum: ſicut pater dicitur cauſa agens filij. Alio modo pro reſpectu educentis ad eductum: ſicut calidum eſt cauſa caloris ī ligno. Alio modo ꝓ reſpectu trāſmutantis ad tranſmutatum: Iuxta illō 6ᵒ p̄ncipioꝝ Actō eſt ſm̄ quam in id qō ſubijcitur agere dicimur. Aliquando etiam accipitur actio pro re ſeu forma acta et producta includendo iſtum reſpectū quem exprimit hoc quod eſt ab alio: ſicut accipitur in hoc tertio. Scōm enim hanc quintam ſignificationem exponit communiter ariſto. in hoc caplo: ⁊ tunc actio quantum ad illud connotatum ptinet ad aliquod genus abſolutum ſcōm ꝙ paſſum tranſmutatur: vtputa quantitatem qualitatem: et huiuſmōi. Sic enī loquendo de actione dicit h̄ ꝙ eſt opus et finis actiui. Opus autē et finis eſt ipſa forma abſoluta in paſſo: ſicut vt ſluēs loquendo de agente per motum. Unde premittit ibi ꝙ motus eſt actus actiui ⁊ paſſiui: Sed paſſiui vt in ipo: Actiui autem vt ab ipo. Ille aūt motus realit' ſm̄ cōmentatorem eſt forma fluens.

Dicitur igitur ibi actio ipm̄ actum ſiue opus ſiue finis agentis inquantum ē ab agente: ⁊ hoc de primo. ¶ Quantū ad ſecūdū ſit iſta prima concluſio: Actio p̄ᵒ modo accepta que eſt operatio et forma inmanens abſoluta ē in agente: vt i ſubiecto: hoc apparet per p̄. nono meta. d. ꝙ viſio eſt in vidente. De actione aūt ſecundo modo et tertio modo accepta que eſt reſpectus intrinſecus adueniens ⁊ d̄ genere relationis dicetur alr̄. Secunda concluſio ſit iſta: Actio quarto modo accepta que ē reſpectus de genere actiōis eſt in agente ſubiectiue et non in paſſo: quia in eodem eſt reſpectus et fundamētum. Ratio enī fundamenti videtur hᵒ oſtendere: nec oppoſitum eſt intelligibile. Sed potentia actiua que eſt fundamētū hui⁹ reſpect⁹ et actōis ē ī agēte: ḡ tal' actō ē ī agēte ſubiectiue. Itē in q̄cūqꝫ ē forma aliq̄ illō ſimpl'r ē tal'e ſꝫ illā formā: oī⁹ enī irrōnale videt ꝙ forma ſit in aliq̄ ⁊ ñ ꝯſtituat ipm̄ iformatū ſm̄ ipam: ḡ ſi actō ſit formaliter in paſſo: paſſum erit

ſim^r agens. Sic ergo intelligēdo hanc concluſionem ꝙ actio que eſt reſpect⁹ extrinſecus adueniens eſt in agente ſicut in ſubiecto: In forma autē que dicit potentia actiua ē vt in fundamento proximo. Similiter paſſio dicit reſpectuꝫ oppoſitum correſpondentē iſti que ſuo mō ſimiliter ē in paſſo et in potētia paſſiua.

¶ Tertia concluſio ſit illa: Actio accepta quinto modo que ē forma tranſiens acta ſeu ꝓducta ꝑ actionē de genere actionis eſt in paſſo vt in ſubiecto. hoc apparet per. p. 9. meta. di. Edificatio eſt edificato: accipitur ibi edificatio ꝓ forma acta per edificatōnem. Et probatur etiam: qꝛ talis forma acta dum ē in fluxu ē motus: vt dictum ē. Motus autē eſt in mobili ſubiectiue: vt patet capitulo precedenti: ergo ꝛc̄. Sic ergo patet quomodo actio eſt in agente: et quomō non. Et tunc ad argumentum in oppoſitum quando dicebatur ꝙ ſcꝫ actio ē in agente: cum actio et paſſio ſint idem motus: ſequitur ꝙ motus erit in mouente: patet qꝛ. p. accipit actionē quinto modo et facit ꝓ tertia concluſione. Ex predictis patet differentia inter actionem et paſſionem. Differūt eīm formaliter licet ſint idem mot⁹ materialiter patet ex textu ſuperius alligato: vbi dicitur ꝙ licet idem motus ſit agentis et patientis: nō tamen ſub eadem ratione. Eſt enim motus agentis: qꝛ ē ab hoc et ē actus ꝛ paſſio patientis: qꝛ ē in hoc ſcilꝫ paciente. Hoc idem patet alia auctoritate. p. ī littera dicentis: ꝙ licet idem ſit ſpacium ꝛ eadem diſtantia a ſurſum et deorſum: ꝛ econuerſo: non tamē ē idem diſtare.

Propter quod notandū ꝙ ſpacium exiſtens inter aliqua duo alr accipitur vt ē ſpacium: et alr vt importat quoddaꝫ diſtare: nam ſpaciū dicitur vt cōſideratur ꝺm ſe: diſtare vero nominat ſpacium applicatum ad terminos. Cum ergo diſtare non nominet ſpacium ſimplr ſed etiā terminos: et diuerſi ſint termini: erit aliud et aliud diſtare: Sic actio et paſſio licet ſint idem motus materialiter: qꝛ ad vnam formam: differunt tamen formaliter vt dictum ē et ſunt ī alijs ſubiectis.

¶ Et ſi contra hoc arguatur ꝙ ariſ. dicit hic ꝙ cui inſūt hec ſcꝫ actio ꝛ paſſio motus ē: ergo videtur ꝙ motus ſit ſubiectū vtriuſqꝫ. Reſpōdeo: littera poteſt ſic exponi: Cui inſunt hec: non quidē vt ſubiecto vel fundamento: qꝛ nec paſſio ꝺ genere paſſionis ineſt motui vt fundamento: qꝛ reſpectus fundatus ſuper motum ad agens ē intrinſecus adueniens: cum motus ſit forma inducta vel educta: ſed cum inſunt hec: alteruꝫ terminatiue ſcꝫ actio et alterum quaſi ſubiectiue: qꝛ conconſtituntur ſe in eodem ſubiecto. ſ. paſſio. Ex predictis patꝫ ꝙ cum actō ꝛ paſſio formaliter diſtinguantur: nec dicant motum ꝺm ſe: ſed per relatōnē ad agēs et patiens ſunt diuerſa predicamenta.

Patet etiam ꝙ motus non ē formaliter in predicamento actionis nec paſſionis cum ab ipīs formaliter diſtinguatur: qꝛ motus ꝺm ꝙ huiuſmodi non dicit aliqd per comparationem ad agens aut patiens: ſed per comparatōnem ad formaꝫ: que per motum inducitur quare motus vt motus ē in eodem genere cum forma que per motum inducitur: vt dictum eſt in precedentibus.

## Capꝫm. III. De infinito.

## Noniam autē de natura

Poſt ꝙ determinauit de motu ī parte determīat de infinito. Cuius cauſa eſt: quia ſcientia naturalis eſt circa magnitudines tempus et motum: quorum vnumquodqꝫ neceſſe eſt eſſe finitum vel infinitum. De infinito multa dicta ſunt pmo huius: Alia tamē tangam eorum que hic ponit. p. Primū eſt ꝙ aliquid dicitur eſſe infinitum vel ī actu vel in potentia. Nulla autē magnitudo vel multitudo eſt actu infinita: Magnitudo tamen eſt infinita in potentia ꝺm diuiſionem: et multitudo ꝺm appoſitionem. Et ſi arguat contra hoc: qꝛ fruſtra eſt potentia que nō poteſt reduci in actum: quia poſſibili poſito in eſſe nullū

ſequitur impoſſibile. Reſpondetur q infinitū qđ eſt in potentia poteſt poni in actu et in eſſe quem reſpicit: ſcȝ in actu ī fieri: non in facto eſſe: quia talem actum non reſpicit. Eſt ergo continuum diuiſibile in infinitum: non reſpectu actus in facto eſſe: quia nunq poteſt poni cōtinuum in infinitum diuiſum: ſed eſt ibi poſſibilitas actus in fieri: qr ad ſemp diuidi. Unde ſi ponatur in tali actu ſcȝ ſemper diuiſdi nullū ſequitur inconueniēs Secundum qđ p̄mittit hic. p. q magnitudo eſt diuiſibilis in infinitū accipiēdo ptes ſm eandem pportionem: nō tamē ſm eandem magnitudinem vel q̄ntitatem. Exemplū diuidendo continuum in duas medietates: et medietatem ī alias duas: et ſic ſp pcedendo ſm hanc pportionem itur in infinitum. Sed ſi fiat acceptio ſm eandem quantitatem: vt q ſemp accipiatur a qualibet magnitudīe finita q̄ntitas vnius cubiti: vel quecunq alia quantitas determinata nō pcederetur in infinitum: ſed finaliter oporteret illā magnitudinem conſumi et deficere. ¶ Contra tamen p̄dicta arguitur et videtur q continuū nō ſit diuiſibile ī infinitum etiam ſm ptes eiuſdem pportionis: qr eſt dare minimā carnem et minima oſſa: vt dicit ariſto. in primo hui⁹. Ad illud reſpondetur cōmuniter q continuū pōt accipi dupliciter: vel inqūtuȝ quantū et mathematice: vel inquantum naturale: Si primo modo ſic eſt diuiſibile in infinitum: nec ei repugnat vt ſic diuiſio. Si aūt capiatur vt eſt ī materia naturali ſic non habet veritatem: ſed ē dare minimā carnem. Si velis ſcire q̄d ſuper hoc ſentiat doctor ſubtil: vid. 2. di. 2. ſen. vbi hanc materiā diffuſe tractat. ¶ His p̄miſſis. p. diffinit infinitum ī potentia dicens: Infinitum ē cuius quātitatem. i. quantumcunq acciplētib⁹ ſp ē aliquid extra accipe: vt vno numero accepto reſtat alius numerus accipiend⁹ ī infinitū. Unde om̄e qđ eſt acceptum eſt finitum: et cuilibet numero accepto pōt addi vnitas: et ſic numerus variatur. Dicit aūt. p. q numerus variatur ex diuiſione continui: quod non eſt intelligendū per ſe ſed tm̄ p accn̄s: qr vicȝ diuiſo continuo reſultant plures vnitates. Numerus enim p ſe capitur ex vnitatibus: cū numerus ſit multitudo ex vnitatibus aggregata.

Explicit tertius liber phiſicoꝝ.

Incipit quartus liber phiſicoꝝ.

Imiliter aūt neceſſe eſt phiſicum ꝛc. In hoc quarto libro: vt patet ex dictis phiſici intendit determinare d̄ loco vacuo et tpe. Probat aūt locum eſſe dicēs q nō ſolū mutatōes corpm indicant locū eſſe: ſed etiā oſtendūt q locus habeat quandam potentiā ſeu virtutem ſaluatiuam. qr eū vnumquodq fertur in ſuū locū niſi phibeatur: vt leue: ſurſū et graue deorſum. Unumquodq autē fertur in id quod ē ſui conſeruatiuū ſeqtur q locus non ſolū ſit: ſed etiā habeat virtutem cōſeruatiuā. Premittit ariſt. quedā anteq diffiniat locū. Primo q aliqs eſt locus cōis: qui vicȝ multa continet: vt aer vel celū. Alius ē locus proprius: qui ē adequatus locato. Secūdo q locus non eſt in aliquo vt in loco: qr tūc eſſet pceſſus in infinitū. Pari enim ratione alius locus eſſet in loco: et ſic in infinitū. Sed locus ē in aliquo vt ī ſubiecto: et ideo ponit ariſ. octo modos eēndi in: de quibus habetur in ſūmulis. Tertio dicit. p. q locus continet locatū ꝛ nihil eſt eius. Quarto q pp̄us loc⁹ eſt equalis locato. Quinto q locus eſt ſeparabilis a locato. Sexto q locus habeat drn̄ias locales: vt ſurſum deorſum ante et retro: dextrorſū ſiniſtrorſū. Septimo q vnumquodq fert et quieſcit in propo loco. Octauo q eoꝝ q̄ mouentur localiter quedam mouētur per ſe: q̄daȝ p accn̄s: qr vcȝ accidunt his q̄ mouētur p ſe: vt albedo mouetur ad motū hoīs. ¶ Sciendū aūt q illa ppō in qua dicit p. q locus cōtinet locatū: et illa in q̄ dicitur q locus eſt equalis locato nō ꝯdi-

runt. Licet enī continens vt corpus ſit maius contento: nō tamē continens: vt ſuperficies. Quod enim continet vt corpus addit aliquam quantitatē ſupra cōtentum. Locus aūt eſt equalis locato: quia eſt equalis ſuꝑficiei eius. ¶ His ꝑmiſſis ponit diffinitionem loci: dicēs ꝙ Locus eſt vltima ſuperficies corporis continentis immobilis primū. Ad cuiꝰ euidentiam ſciendū primo ꝙ locꝰ ē ens per accidens: qꝛ ſcꝫ ē ens aggregatū ex rebus diuerſorum generum: et ideo nō eſt in aliquo genere: vt magis videbiť ꝫ metaphi. ca. de quantitate. Locus eniꝫ dicit duo: ſcꝫ ſuperficiem corporis continentis: et vltra hoc addit relationē cōtentiui ad contentū que eſt reſpectus extrinſecus adueniens cum non ſequatur naturam fundamēti poſito termino niſi vnum alteri applicetur. Ille aūt reſpectus videtur pertinere ad predicamētū vbi: ſuperficies vero ad predicamētum quantitatis. Item ſciendū ꝙ locus ē immobilis per ſe et per accidens. Immobilitas aūt ineſt ei ex ratione propria. qđ probatur: qꝛ ſi locus poſſet aliquo modo eſſe mobilis localiter quantumcūqꝫ per accidēs moueretur poſſet dici eſſe ī loco: et ſic loci eſſet locus: qđ eſt falſum vt patet ex precedentibus. ¶ Contra qđ ſciendum ꝙ aliqui nitūtur ſaluare immobilitatem loci ꝑ compationem ad palos mūdi et ad centrum. quod probať de palo affixo in aqua: circa quem cōtinue fluit aqua et refluit. licet enī moueať aqua que eſt ibi corpus locans et ſuꝑficies aq̄ etiam moueať per accidēs: palus tamen diciť ſemꝑ manere in eodē loco: nō ꝙ ſit eadem ſuꝑficies continēs: ſed qꝛ eſt ſꝑ in eadem diſtantia ad palos et ad cētrū. Sed illa opinio nō placet doctori ſubtili li. ſecūdo ſen. diſ. ſecūda. Cuius cauſa eſt: qꝛ ſi ſubiectum nō manet idem nūllum accñs reſpectū manet idē: ſm ariſ. Cū ergo nō maneat ibi eadem aqua numero: nō manebit ideꝫ locus. Aqua enī ꝑcedens adueniēte aq̄ ſuccedēte nō plꝰ habet relationē contenti reſpectu locati Dicendū ergo aliť ſm docto. ſubti. ꝙ licet locus corrumpatur moto eius ſubiecto localiter: ita ꝙ remota aqua vel aere flante vento non manet eadē relatō loci que prius in aqua vel in aere ſuccedēte: vt patet ex predictis. Cum etiam qꝛ idem accñs numero nō pōt manere ī duobus ſubiectis: tū illa relatio loci ſuccedens que ē alia a relatōne precedēti ſm veritatem eſt eadem ꝑcedenti ꝑ eq̄pollētiam quantum ad motū localem: et ſic locus equiualenter dicitur manere. Exēplum huius aliqualiť patet in nominibꝰ ſignificatiuis: qꝛ hec vox homo quotieſcunqꝫ ꝓlata dicitur vna vox numero cū tamen nō poſſit eſſe eadem vox numero bis ꝓferri: ita ꝙ tot ſunt ꝓlatōes quot voces numero diſtincte: tamē quātū ad finem vocis ſcꝫ quantuꝫ ad exprimendū mentis conceptū ſunt per equiualentiā idē numero: Sic dico in ꝓpoſito ꝙ locꝰ eſt immobilis ꝑ ſe ꝛ per accidens: localiť eſt tamē corruptibilis moto ſubiecto localiter: qꝛ tunc nō amplius manet in eo illa relatio contentiui: et tamē non ē corruptibilis ſm equiualentiā: qꝛ neceſſario ſuccedit illi corpori ī quo fuit illa relatio loci: aliud corpus in quo eſt alia relatio loci numero: et tñ eadeꝫ ꝑcedenti ſm equiualentiam ꝑ compatōnē ad motum localem. Palus eniꝫ ſic affixus circa quem aqua vel aer mouetur: licet formaliter non habeat eundem locum cum ſit ibi alia et alia relatio ꝯtentiui: Diciť tamen habere eundem locum equiualēter per comparationem ad motum localem: cum non moueatur localiter: licet habeat alium et alium locum.

## Contra hoc tamen arguitur

ſic. Illud quod habet ſe ſm locum aliť nunc q̄ prius mouetur localiter: ſed palus eſt huiuſmodi ex quo eſt ī alio ꝛ alio loco: vt patet ex precedētibus: ergo mouetur localiter. ¶ Ad euidentiam huius argumenti Sciendum eſt ꝙ ad motum localem duo requiruntur. Primuꝫ ꝙ mobile propter ſui mutationem locū mutet. Secūdum ꝙ inter terminos motus ſit quedam diſtantia media. Utraqꝫ

autē conditio deficit in ꝓpoſito Palus
enim ſic affixus propter ſui mutationē
non mutat locum: ſed propter motū vel
tranſmutationem aque fluentis. Secun
dum etiam deficit: qꝛ inter locum prio
rem et poſteriorem non eſt aliud ſpaciū
inter medium quare nō concludit argu
mentum. Ex predictis patet quomō ſit
intelligenda loci diffinitio. Deinde di
cit ariſ. quomodo partes vniuerſi ſunt
in loco dicens ꝙ celum ꝯm ſe totum nō
eſt alicubi cum a nullo cōtineatur: par
tes autem celi bene ſunt in loco: cū vna
aliam contineat. Dicit ergo ꝙ celum ꝑ
partes eſt in loco et etiam ipm̄ celum et
anima eſt in loco per accidens. ¶ Pro
quo ſciendum ꝙ celū dupliciter poteſt
ſumi: vel pro tota regione celeſti: vel
pro vltimo mobili. Si dicatur primo mo
do: ſic eſt ī loco ꝑ partes: quia ſic accep
tum nominat plures ſperas quarū vna
circulariter continet alteram. Sed ſi ac
cipiatur celum pro vltimo mobili ſcđm
opinionem phoꝝ non eſt in loco per ſe:
nec ꝯm ſe totum: nec ꝯm partes: quia nō
habet aliud corpus continens ipſū. Eſt
enī in loco per accidens: vt per centrum
quod ſic patet: qꝛ enī vt habetur in prin
cipio huius quarti: locum querimꝰ ꝓp
ter motum: ſicut dicimus aliqua moueri:
ſic eis competit locus: ergo que mouent
in aliquo ſunt in aliquo corpore continē
te. Sed que mouentur circa illud nō cō
petit eis locus quia ſunt in aliquo: ſꝫ qꝛ
ſunt circa aliquid: Cum de ratione ſpe
re ſit ꝙ nō moueatur a medio: vel ad me
dium: ſed ꝙ moueatur circa medium aſ
ſignandus eſt locus ſpere inquantū eſt
circa aliquod: vel circa meᵐ vel circa cē
trum. Bene ergo dictum eſt ꝙ celum ē
in loco: qꝛ centrum eſt in loco. Celū er
go eſt in loco per accidens: nec poſſumꝰ
dicere ꝙ illud circa quod celum mouet
ſit per ſe locꝰ celi: vt ſi octaua ſpera mo
uetur circa conuexum ſpere ſaturni locꝰ
octaue ſpere ſit conuexus ſpere ſaturni.
quia nunꝙ ſaluare poſſumus locum ali
cuius per ſe niſi ibi ſaluemus ea q̄ ſunt
de ratione loci: vicꝫ ꝙ contineat locatū
ꝛ ei equetur. Inferior enim ſpera nō po
teſt cōtinere ſuperiorem: nec ei equari:
nec vltima ſuperficies celi poteſt dici lo
cus: quia de ratōne locati eſt ꝙ nō mo
ueatur cum loco ſed in loco. Locus etiā
eſt quid ſeparatum a locato: quare ꝛc.

¶ Cōcludit ergo. p. ꝙ vltima ſpera nō ē
per ſe in loco: ſed omnia ſunt in celo: cū
omnia contineat: vltra autem celum ni
hil eſt. Unde dicit ꝙ terra eſt in aqua:
aqua in aere: aer in igne: ignis in celo ꝛ
vltra quod nihil eſt. Notandum tamen
ꝙ ꝯm fidem primum mobile eſt in loco
per ſe: quia vltra illud eſt empirreum:
de quo phi non habuerunt noticiā. Ce
lum autem empirreum non eſt in loco:
quia vltra illud nihil eſt.

## Capl̄m. II

Manifeſtum autē ex his
ꝛc. Poſtꝙ phs ð quantitate lo
ci determinauit: hic conſequen
ter ſoluit rationes dicentium locum nō
eſſe: quarum vna inter alias erat: ꝙ ſi lo
cus eſſet aliquid: oporteret duo corpora
eſſe in eodem loco. Supponebat autē
illa ratio locum habere trinas dimenſi
ones alias ſeparatas inter latera corpo
ris continentis. Cum ergo locus videa
tur habere dimenſionem corporis: ſi eēt
aliquid eſſet corpus: ſed non eſt corpus
ergo nihil eſt. Propter quod dicendū
ꝙ locus non cedit locato adueniente: nō
ſimul eſt cum locato. Locatum etiam to
taliter attingit locum: Si igitur locus
eſſet huiuſmodi diſtantie quibus deter
minatur omne corpus: tunc vnum cor
pus totaliter attingit aliud corpus: hoc
autem non poteſt eſſe niſi ſint duo corpo
ra ſimul. Si enim aqua eſt in aere: et lo
cus aque non eſt ſuperficies aeris: ſꝫ ip
ſum corpus aeris: oportebit ꝙ aqua to
tū aerē attingat aere non cedente. Iſta ḡ
rō bn̄ ꝓcedit ſuppoſita opīōe antiqꝝ: ſꝫ

contra nos nihil facit: q2 nos põim⁹ locum eſſe ſuperficiem corporis continentis. Alia rõ erat talis. Si locus eſſet aliquid: eſſ3 differens ab eo cuius ẽ: ſed nõ põt poni ꝙ ſit drñs: ergo nihil eſt. Minorem ꝓbat: q2 ſi corpis vere ẽ locus ⁊ receptaclm: manifeſtum ẽ ꝙ ſupficiei et reliquoꝝ terminoꝝ vt lineę et pũcti erit etiã locus et receptaclm. Eadem enim ratio conſonat in omnibus: ſed loc⁹ pũcti non differt a puncto: ergo eadem ratione nec locus ſupficiei differt a ſuperficie: nec locus corpis a corpe. ¶ Dubitaret forte aliquis vtruz locus pũcti differat a puncto? Ad quod dicit a quibuſdam ꝙ puncti nõ eſt locus ꝓprie et per ſe: ſed tantũ ꝑ accidens. Corpi enĩ debetur locus per ſe nõ pũcto: tũ ſicut ſupficies corporis locati attingit ſupficiem corporis locantis: ſic aliquo mõ attingunt puncta vel actu ſi ponãtur talia puncta actu eſſe vel potentia ſi ponant potẽtia eſſe. Q ſi puncta illa vellemus appellare locũ: querere: vtꝝ punctus ſit idẽ cu3 loco ſuo: eſt querere: vtrũ duo puncta ſe contingentia ſint vnus punctus? ¶ Ad quod dicendũ ꝙ drñiam punctorũ et ſupficierum et taliũ dupliciter accipe poſſumus. Primo ex ſitu: Eo enĩ ꝙ ille pũctus eſt in aliquo ſitu ꝙ ille differt ab a⁰ Secũdo talis drñia põt accipi ex eis in quibus ſunt. Cũ enĩ aliqua cõtiguatur neri ſimul eſt ſuperficies aque cum ſupficie aeris: quia contigua ſunt quorum vltima ſũt ſimul. Remanent ergo ille ſupficies aeris et aque diſtincte: quia ſupficies aque eſt in alio ſubiecto ꝙ ſuperficies aeris: q2 alia ẽ natura aque: alia aeris Sed ſi eeñt corpa mathematica que ſolum cõſiderãtur vt quãta: nec differũt ex diuerſitate nature ſm cõmentatorem 4⁰ huius. ſi ponerentur contigua: fieret continua. Si eni3 vltima et ſuperficies taliũ corpm eſſent ſiml' de neceſſitate eſſent vnum. Supficies enĩ et vltima talium corpm non pñt differre ex diuerſitate naturarum in quibus ſunt: ſed ſolum differũt ex diuerſitate ſitus Si ergo due tales ſupficies ponantur ſimul: efficeretur vna ſupficies: et duo talia pũcta vn⁹ punctus. Cum ergo queritur vtꝝ differant punctus et loc⁹ pũcti? vel vtꝝ differat punctus a pũcto? Dici põt ꝙ ſi loquamur de loco et puncto mathematico nõ. i. nõ differt: ſecus eſt de loco et puncto naturali. ¶ Sed contra predicta arguit doctor ſub. dl. 14. 4. ſen. Aliqua enim predictorum prima facie nõ videtꝰ eſſe vera: Linea enĩ mathematica nõ ẽ alia a naturali: licet fictio ⁊ imaginatio lineę poſſet eſſe ſi nulla eſſet linea naturalis. Et ſimili mõ poſſet eẽ ſciẽtia de roſa: etiam ſi nulla eſſet roſa in re. Item ſi linea mathematica eſſet alia a naturali tũc non haberet ſcientiam geometrica3 de aliqua naturali linea quã video: vel de paſſionibus iſtius lineę: qđ eſt falſu3 et inconueniens: alꝰ nõ haberem⁹ verã ſcientiam de quantitatib⁹ naturalibus: et ſic ſequeretur ꝙ abſtrahentium ſemper eſſet mendacium: q2 abſtractõ tunc eſſet actus intellectus componẽtis ⁊ diuidentis: et non cõſideratio ſimplex vnius obiecti abſ ꝙ conſideratiõe alterius. Unde eadẽ linea q̃ eſt naturalis ꝯſideratur a mathematico: non tamẽ intelligẽdo qualitates ei⁹ naturales quas habet in tali ſubiecto. Nec ꝓpter huiuſmodi abſtractionem que eſt ſimplicis intelligentię intellectus componens vel diuidens dicit lineaz eſſe ſine huiuſmodi q̃litatibus. Dico igiť ꝙ ille due lineę q̃ntum ad conſiderationem mathematici n̄ ſunt duo: q2 mathematicus non conſiderat lineas niſi in habitudine ad figuras Et ſi centum vel mille lineę eſſent ſimul non facerent ad conſtitutioneз figure niſi vnam baſim trianguli: vel alterius figure: nec haberent rationem niſi vnius lateris in conſtituendo triangulum: ita ꝙ ſi vna linea eſſet baſis in triangulo et alia ſimiliter: ex quo eſt ſiml' cũ ea nõ facerent aliquo mõ duo latera: ⁊ tamẽ eeñt due lineę realiter diſtincte. Illo modo intelligit commẽtator in hoc quarto qñ dicit ꝙ que habent vnum ſitum ſunt vnum

ad conſiderationē mathematici ſūt vnū ſcꝫ in conſtituendo figuram: Sic intelligitur dictum ariſt. 6. huius dicentis ꝙ ſi duo puncta ſūt ſimul faciunt vnū: qḋ eſt verū quātū ad cōſiderationē mathematici in quātū nō cōſtituūt maius: et neutꝝ eſt extra aliud: licet ſint diſtincta inter ſe. Si igitur qꝛ antiqui magis loquebātur mathematice ꝙ naturaliter: qꝛ ſolū conſiderabāt locū ratōne dimenſionis: ideo dicebant ꝙ idem eſt punctus et locꝰ pūcti et ſuperficies et locus ſuperficiei: qḋ tamē nō eſt verum: vt patet ex dictis: quare ratio eorum nō ꝯcludit. Et dato ꝙ eſſet bona ꝑſuppoſito hoc qḋ preſupponebant antiqui: vicꝫ ꝙ locus eſſet dimenſionis ſeparate: tamē nihil facit cōtra phm qꝛ vt ſuperius dictū ē: locus nō eſt huiꝰmodi dimenſionis. Et ſi queras: ſi ponerentur duo corpora mathematica contigua: per quid differunt ab inuicem: et ipſorum ſuperficies cum non differāt ex diuerſitate ſitus: nec ex diuerſitate naturarum. Reſpondeo ꝙ differūt ꝑ hecceitates: ſeu differentias indiuiduales: de q̄ vide caplō octauo quinti metaphiſice.

## Ca. III. De vacuo.

**Eodem autem modo.**

Poſtꝙ determinauit de loco: hic cōſequēter determinat de vacuo. Et pͥmo oſtēdit ꝙ aliq̄ affirmauerūt vacuum nō eſſe: licet ꝓbatio eoꝝ non eſſet ſufficiens. ¶ Pro quo notandū ꝙ aliq̄ crediderunt idem eſſe vacuū et aere plenum: ideo anaꝫ et quidam alij ſui ſequaces credidebant ſufficienter ꝓbare non eſſe vacuum: ꝓbando aerē eſſe aliquid. Nam ſi aer ē aliquid plenū aere: ergo nō eſt vacuum. Aerem aūt eſſe aliquid probant: vt dicit. p. qꝛ videbant ꝙ vter inflatus et plenus aere: ſi ſit ligatus pōt ſupꝑ ſe ſuſtinere aliq̄d qḋ nō poſſet ſuſtinere niſi in eo eſſet aer: ergo vt dicebant: non ſolum aer eſt aliquid: ſed ē etiā fortis cū poſſit ſuſtinere pondus. Pro quo notādū ꝙ ꝓbatio taliū fuit inſufficiens: qꝛ de vacuo fuerūt due cōes opiniones: q̄dam enī poſuerūt vacuū ex ꝑte ſpacij: et hi dixerūt vacuū eſſe aliquod ſeꝑatū a mobili et hoc quidem poſuerūt ꝓpter carētiā corporis ſenſibilis: vt ponentes plenū aere eſſe vacuum: vt dictum ē. Quidā vero ꝓpter diſtinctionem corporū. Alij vero ꝓpter infinitū ſpacū extra celū qḋ eſt vacuum. Unde pictagorici nō credebant poſſe eſſe res diſtinctas ſine vacuo. Et qꝛ videtur cōtinuitēs eſſe diſtinctōes mediāte corpe celeſti: ideo ponebāt extra celū eſſe infinitū vacuū: ⁊ dicebāt celum eſſe quoddā magnū animal: quod ꝑ anhelitū ſuū attrahebat multū de illo vacuo: et quaſi ex īfinito ſpū emittebat huiuſmōi vacuū in hec inferiora: qḋ emittēdo cauſabat diſtinctōes rerū. Sic patet ꝙ triplex fuit opinio ponētes vacuū ex parte ſpacij. Quidam vero poſuerūt vacuum mobilis dicentes eſſe vacuū aliqḋ inhibitum in mobili et eſſe quoſdam poros et quedā foramina mobilis. Cū igitur ꝓbantes aerem eſſe aliquid non improbarent omnē poſitionem de vacuo: ideo inſufficienter improbāt ipm et ſolum ꝑticulariter. Cōſequēter tāgit. p. rōes dicentiū vacuū eſſe: quoꝝ vna ratio eſt: ꝙ non erit motus ſcḋm locū niſi ſit vacuum: in quo recipiatur corpus mobile: plenū enī impoſſibile eſt recipe aliquod corpꝰ qꝛ tunc duo corpora ſimul eſſent. Si autē duo pūt eſſe ſimul: infinita pūt eſſe ſimul eadem ratione. Pro quo notandū: ꝙ tota cauſa quare vnum corpus nō cōpatitur ſecū aliḋ corpꝰ ē: qꝛ dimenſiones reſiſtūt dimenſionibus: Unde et ſi dimenſiones ceñt ſeꝑate: vt intra ꝓbabitur nō compaterent ſecū aliud corpus. Si igitur vnū corpus poſſet eſſe cum alio: dimenſiones dimenſionibus nō reſiſterent: quo poſito quodlibet corpus poſſet eſſe cum quolibet corpe: et quotcunqꝫ corpa poſſent ſimul eſſe: qꝛ ſibijnuicē non reſiſterent. Similiter et dimenſiones vnius partis nō reſiſterent dimenſionibus alteriꝰ ꝓpter quod vbi eſſet vna ps corpis poſſet eſſe alia: ⁊ ſic abſqꝫ eo ꝙ diuideretur corpus vbi eēt vna ps corpis poſſet eſſe totum corpus. Et qꝛ ps ē minor toto in eodem loco poſſet eſſe corpus magnum

et paruū ſimul. Et etiā in eodē loco pūt eſſe multa corpa magna: et multa corpa parua: quare in eodem loco eeūt ſunt eq̄lia et inequalia: qđ eſt incōueniens. Itē arguebant antiqui eſſe vacuū: q̄r quedā corpa videntur coeūtia: id ē ſubintrātia ꝛ calcantia ſe adinuicē. vnde vas plenum cinere dicebāt recipe tm̄ aque q̄ntū vas vacuū. ¶ His p̄miſſis ponit. p. rationez ꝓpriam de vacuo improbans cōmunes opīoes antiquoꝝ: dicens ꝙ vacuū ē locus nō repletus corpe. Et dicitur notāter locus: q̄r vt eſt punctus nō ē vacuū licet in puncto nō ſit corpꝰ: q̄r pūctus nō aptus recipe corpus. ¶ Dubitaret forſā aliqs: ꝙ vacuū inconuenienter diffiniat: cum nihil ſit. Dicendū ꝙ ſicut habet ſecūdo poſterioꝝ: duplex ē diffinitō. ſ. q̄d nomīs et quid rei. Diffinitio q̄d nomīs eſt diuiſio q̄ oñdit q̄d p̄ nomē ſignificat: et ē tā entiū q̄ꝫ nō entiū. Diffinitio quid rei ē tm̄ entiū. Diffinit aūt vacuū prima diffinitōe n̄ ſecūda. Nūc ad rōes factas reſpondet. p. Ad primā qū arguebatur ꝙ ſi non eſſet vacuū: nō eſſet local' motꝰ dicit ꝙ nō ſeq̄tur: q̄r cū vnū corpus mouetur localiter vl' augmentat: aliud corpus cedit ei: ꝛ hoc patet in reuolutōibꝰ cōtinuoꝝ: ſicut in his cōtinuis q̄ ſunt de numero humidoꝝ. ꝓiecto eīn lapide in aqua fiūt moꝝ ibi circulatōes. q̄r vna ps aque cedit alteri: et vnus circulus īpellit alium. Unuz etiā corpus p̄t augmentari p̄ alterationem: vt ſi ex aqua fiat aer erit ibi quoddā augmētū: q̄r occupat ibi maiorē locū. Ad illud etiā de cinere pōt dici ꝙ intra cineres ſūt aliq̄ ptes aeree que p̄ compatōnē aque euaporātur. Et cinis etiā p̄ appōem aque inſpiſſatur ꝛ occupat minorē locuz. Itē q̄r cinis ē aduſtus et ſiccus aliquam corruptionē facit in aqua: et aliquas ptes aque facit euaporare.

## Capitulum. IIII.

### Uoniā aūt nō ē vacuū.

In parte illa adducit rōnes probantes vacuū non eſſe. Dubitaret forſā aliqs: q̄r qđ ſi eſt vr̄ p̄cedere q̄tōꝫ q̄d eſt: ſecūdo poſte. ꝛ tamē. p. prius inquiſiuit quid ē vacuū: et poſtea inquirit ſi ſit vacuū. Dicendū ꝙ queſtio ſi eſt precedit q̄ſtionem quid ē loquendo de diffinitōne quidditatiua: nō aūt loquendo de diffinitione quid nomīs. Impoſſibile eīn eſt de aliquo inueſtigare ſi eſt niſi prius ſciatur q̄d importetur nomīe eius. De vacuo aūt vt dictum eſt inqueſiuit tm̄ ariſ. diffinitōem q̄d nomīs. ¶ Ad euidentiā ſūt coꝝ que dicūtur de vacuo Sciendū ꝙ non ſit vacuū in rerū natura: tamē virtute diuina p̄t fieri celuz vacuū. Poteſt enī ds annihilare oīa que ſunt in ſupficie concaua celi. Rōes aūt ariſt. probātes vacuū non eſſe non reprobant niſi de vacuo qđ ponebant antiqui eſſe' quaſdā dimenſiones ſepatas a qualitatibus ſenſibilibꝰ: vt dicit doc. ſubtilis. 11. q. quolibe. de quibus tangā ſolum duas: quarum prima ſumitur ex parte velocitatis et tarditatis in motu. Ūn̄ d̄r ariſ. ꝙ videmus idem corpus velocius et tardiꝰ ferri ꝓpter ſecūdas cauſas: viꝫ a ratiōe medij p̄ quod fertur: aut rōne mobilis: qđ fertur: q̄r ſi medium ſit equale: p̄t eē d̄ūia in motu ꝓpter excellentiā grauitatis et leuitatis ipſius mobilis. Mediū etiā qđ facile nō diuiditur: ſcꝫ medium groſſius impedit motum mobilis: vt aqua que eſt groſſior aere. medium etiam magis impedit quādo mobile fertur cōtra inclinatōnem ſuam: vt ſi lapis ferat ſurſum. Ex huiuſmodi ergo velocitate vel tarditate oñdit: ꝙ non ē ponendum vacuum dicēs ꝙ ſi idem mobile monet per aquam que ē medium groſſius et p̄ aerem q̄ eſt medium ſubtilius: ita ꝙ ſit equalis longitudo vtriuſq; ſpacij vl' medij: illud mobile mouebitur ſm̄ analogiam corporis impedientis. Tanto eīn̄ ci tius mouebitur per aerem q̄ꝫ p̄ aquā q̄nto aer eſt ſubtilior aqua. Hanc ergo proportionem quam habet aer ad aquā habebit velocitas motꝰ facti in aere ad velocitatem motus facti in aqua: quare ſi dupliciter ſubtilior ſit aer q̄ꝫ aqua tempus in quo tranſitur aqua erit duplex re

ſpectu tpis in quo tranſitur aer. Vacuū ergo nullam habet rationem vel ꝓportionem qua excellat ſub pleno: ſic neqꝫ nihil habet ꝓportionem ad numerum. In vacuo igit̃ qꝛ nihil ē impediens: nullum requiret ibi tempus. Motus igit̃ ī vacuo non erit velox nec tardus: immo nullus erit motus: cum de rōne mot⁹ ſit ꝙ fiat in tpe. Q̄ aūt nihil ad numerum non ſit aliqua proportō oſtendit: qꝛ ſi q̄ttuor excellūt tria ſm vnum: plus excellunt duo ꝙ̄ tria: et plus vnuꝫ ꝙ̄ duo. nō autē habent ꝓportionem qua excellunt nihil. Neceſſe eſt enī omē quod excellit diuidi in excellentia et in id quod excellitur: quatuor eñ ſi excellūt tria in vno: oportet quattuor componi ex tribus et vno: quare ſi quattuor excellūt nihil: nihil erit de compōne eoꝝ: qđ eſt incōueniens. Nullus igitur numerus habꝫ ꝓportionem ad nihil: cum nō componat̃ ex nihil. Similiter autē vacuum ad plenum nullaꝫ habet ꝓportōem: ꝙ̄ nec motum in vacuo poſſibile ē habere ꝓportōnem ad motum factum in pleno. Si igitur in pleno ſit motus in tpe: in vacuo ſi et in non tpe: neqꝫ igit̃ erit velox nec tardus. Pro quo notādū: ꝙ vt dicit Sco. ſecūda diſt. ſecūdi ſeñ. ꝙ ſi poneret̃ vacuum graue ibi nō moueret̃ ſm pbm: qꝛ vacuū nō pt cedere graui: vt infra dicetur: et dimēſiones nō pñt eſſe cū dimēſionibus. Tamē ſi poneret̃ vacuū ꝙ poſſet cedere: tunc motus grauis eēt ſucceſſiue in vacuo: qꝛ graue pˀus ptrāſirꝫ hāc partem ſpacij ꝙ̄ aliam. Unde ex diuiſibilitate ſpacij motus haberet diuiſibilitatem ſucceſſiuam: ſicut mō ex diuiſibilitate ſpacij pleni motus habet ſucceſſionem eēntialem. Sed vltra illā ſucceſſionem pōt addi velocitas et tarditas rōne conditionis accidētalis ipius medij inquantū eſt ꝓmotiuū vel impeditiuꝫ ipſius motus ſiue ratōe ſubtilitatis ꝑ quā ꝓmouet: vel saltē nō impedit aut denſitatis oppoſite. Fieret igitur tunc motuſ ſucceſſiuus in vacuo et eſſet ꝓportionabil̃ motui in pleno: et hoc loquendo de ſucceſſione eēntiali: et non de velocitate et tarditate ſuperaddita: qꝛ omnino nullam velocitatem aut tarditatē ſupadditam haberet mobile in vacuo: haberꝫ āt in pleno: et quo ad hoc ītelligit. p. ꝙ lapis moueretur in inſtanti ꝑeſſe: igit̃ habet. p. ex hoc contra aduerſariū dicentē eſſe motū in vacuo: ꝙ nullus motus habens aliquam velocitatē et tarditatem ſupadditā ſucceſſioni eēntiali poſſet eſſe in vacuo: hoc nō eſt incōueniēs ſi poneretur ꝑciſe motum eē in vacuo: ſed eſſet ſi cum hoc poneretur vacuum mediū ꝓmotiuū in motu: vel mediū neceſſarium in motu: ex pte cuius ſumeret̃ velocitas et tarditas motus. Secūda rō ꝓbās vacuum nō eſſe ſumit̃ ex ipo vacuo ꝑ ſe cōſiderato. Quā dicit ꝙ ſi pōatur cubus .i. corpus: quod habet ſex ſupficies q̄dratas: vel quodlibet aliud corpus in aere vel in aqua: oportet ꝙ cedat aer vel aq̄ ſm quantitatem illius corporis: qđ magis patet in aqua ꝙ̄ in aere: qꝛ eſt magis ſenſibilis: niſi illud corpus coeat. i. condenſetur in ſeipo. Vacuū aūt nō pt cedere: ſed ſi poneratur corpus in vacuo: oꝫ dimenſiōes vacui ſubintrare dimenſiones illius corpis. Nam ſi ex ligno fieret cubus ⁊ poneretur in aqua vel aere: ſi illa non cederent ſibi: oporteret dimenſiones aeris vel aque ſubintrare dimenſiones cubi. Qꝛ igitur cubus habet tantā magnitudinem quantam continet vacuum in quo ponitur et dimenſiones vacui ſunt ſimul cum dimenſionibus cubi: ſequitur ꝙ duo corpora poſſunt eſſe ſimul in eodem loco. Et ſubdit ꝙ licꝫ corpus cubum ſit calidum aut frigiduꝫ aut graue aut leue: nihilominus tamē alterum eſt ſcōm ratiōnē ab huiuſmodi paſſionibus: licet naturaliter non poſſit ſeparari ab huiuſmodi paſſionibus. Et licet ſeparetur ab huiuſmodi paſſionibuſ continebit equaliter locum: et huiuſmodi corpus erit in eadem parte que eſt loci vacui equali: quia tantū de vacuo q̄nta eſt magnitudo cubi erit ſimul cum cubo. Uult ergo oſtendere. P. vt patet

ex dictis ꝙ corpus non occupat locū et non reſiſtit corpi rōne paſſionum. Sed hoc competit ratōne dimenſionū: ita ꝙ ſi dimenſiones eēnt ab hmōi paſſionib⁹ ſeparate: nihilominus occuparēt locū. Quia igit ponētes vacuū receptiuū corporis: vt patuit: oportet eos dicere ꝙ dimenſiones ſimul ſūt cū dimēſionib⁹: iō incidūt ī hoc impoſſibile ꝙ pñt duo corpora ſimul eē. Ex pdictis patz q̄ño dimēſiones dimenſiōibus reſiſtūt. Primo ex ceſſione: Secūdo ex occupatōne loci. Primū patet: ſi enī cubus ponatur ī aq̄ aqua cedit cubo ſm modū dimenſionū eius: ita ꝙ quante erūt dimenſiones cubi: tanta erit ceſſio aq̄e. Siue igit corpus cubū ponat graue vel leue: ſiue calidū vel frigidū nō mutabitur ceſſio aque Modus igit ceſſionis corpm non ſumit originē ex mō qualitatis vel paſſionis: ſed tm̄ ex mō dimēſionū. Cū igit ex hoc corpus cedat corpi: q2 vnū reſiſtit alteri oportet ꝙ reſiſtere et nō compati ſecum aliud corpus p ſe dimenſionibus cōueniat. Secūdū vicz de occupatōe loci patet. nā ex hoc plura corpa in eodez loco eē nō pñt: q2 quodlibet occupat totū locū ſuū. Occupando aūt totū locū ſuum in eodē loco aliud corpus eē nō pōt. Illud ergo p qđ hz corpus qđ occupet locū ē illud p qđ hz ꝙ reſiſtat alteri corpi: et ꝙ nō cōpatiat ſecū aliud corpus: hoc aūt non habz p qualitatē: ſz p quātitatē Q᷑ āt corp⁹ ſit diuiſibile ⁊ ꝙ occupet ſpaciū hz p q̄ntitatē: h⁹ eñi p ſe cōpetit q̄ntitati: alijs āt ñ niſi rōe q̄ntitatis. Nec pt dici: ꝙ hoc cōpetat corpi ppt mariā: q2 materia nō occupat locū: niſi vt ē ſub dimenſionibus: vt dictū ē quinto capitulo primi huius. Vtraqȝ aūt via patet ī textu ſi bene conſiderēt. Si aūt queratur ſi corpus poneret in vacuū: vtrū vacuū et cederet? Dicēdū ꝙ corp⁹ nunq̄ cederet alteri corpi niſi ſit rarefactibile vel cōdēſabile. Vacuū aūt q2 dicit dimenſiones ſeparatas a talibus paſſionibus ⁊ motu et a materia ſenſibili p ſe: nō habet vnde cedat corpi. Cū ergo vacuū non cedit corpi et dimēſiones vacui reſiſtāt dimēſionibus corpis: ſi ponat corpus ī vacuo duo corpa eē ī eodē lo⁹ poterūt: cū dimēſiones ſepate quātumcūqȝ a paſſionib⁹ nō cōpatiūtur ſecū dimēſiones alterius corporis. Ex predictis patet ⁊ pt patet: ꝙ dimenſiones vacui quas ponebāt phī nō tm̄ erāt dimēſiones imaginate: ſz etiam reales. Ipi eñi: vt viſū ē prius ponebant vacuū eē ſpaciū illud et dimenſiones q̄ erāt inter latera corpis contineñ: et illud dicebāt locū. Locus aūt realr differt a locato. Item dicebant vacuum eē ſpaciū priuatū corpe. Ex quo ſequit: ꝙ illud ſpaciū et ille dimenſiones erant quid reale. pbatur cōſequentia: q2 puatio ponit ſubiectū priuatū. Si ergo nihil eēnt hmōi dimēſiōes: nō poſſent dici vacuū nec plenū.

Circa predicta poſſunt oriri due queſtiones: Prima ē: Vtrū duo corpora pñt ſimul eſſe in eodē loco. Secūda: Vtrū idē corpus poſſit eē in diuerſ locis? Ad primū patet ex dictis: ꝙ loq̄ndo naturaliter nō ē poſſibile: ſz bñ ſupnaturaliter p dotē ſubtilitatis. Nō patet: q2 chriſtus fuit natus de v̄gīe m̄re clauſo clauſtro v̄ginali: et poſt reſurrectionem ingreſſus ē ad diſcipulos p hoſtia clauſa: et clauſo ſepulchro ſurrexit: lz āgeli remouerīt poſtmo lapidē. Nec valet ꝙ āntiqui dicūt ꝙ corpus glorioſū poſſit ſe facere ad talē et tantā figuram vt poſſet etiā penetrare quodcunqȝ corpus p poros ſubtiliſſimos in aliquo corpore ptranſibili: q2 pt ſe tm̄ ſubtiliare: vt p tales poros poſſit iſtud penetrare. Illud non valet: q2 ſi extenderetur corpus chriſti vel aliud glorioſum multū in longum: et ſtringeretur corpus eius ſicut acus: tūc nō haberet q̄titatē corporis orgāici debitā. Anima aūt humana reqrit in corpe debitam organizatōz ptiū et membror̄. Q᷑ ſi arguit: q2 vt dictum ē in pcedeñ. caplo: dimēſiones ſine qualitatibus et paſſiōibus faciunt diſtare duo corpa: g̃ nō pñt eē ſimul ſi re p dictōe: qđ cōfirmat: q2 ſicut vnū cōtrarium habet impoſſibilitatem ceudi cum

alio in eodē ſubiecto: ſic dimēſiões due ſūt incompoſſibiles in vno loco: ſ3 ꝑ nullam potentiā cōtrariā pūt eſſe ſimul ī eodem ſubiecto. q2 ſm ari. 4. meta. Si ꝯ⸗ ria pūt ſimul eſſe in eodē ſubiecto: ḡ et contradictio: ḡ ⁊c̄. Dicēdum ꝙ aliqua poſſūt dupliciter repugnare: vel formaliter vel virtualiter: due aūt dimenſiões nō habēt in ſe repugnātiā formalez ſed tm̄ virtualē. Repugnantia aūt duarum dimenſionū nō ē niſi ꝓpter ſimultatem duplicis repletōis loci quē vnum corpꝰ pōt implere: ergo ſi aliō corpus repleat illū locū eſt repugnantia priori quantitati non formalr̄ ſed ꝟtualiter et effectiue ratione illius effectus ꝙ eſt repletō loci. Sed ds̄ pt̄ tollere hūc effectū a q̄ntitate vt due quantitates vel plures nō faciant niſi vnā repletionē loci et nō quelibet ſuam: ſicut dn̄s pt̄ facere calorem ſine effectu calefactōis ſicut in tribꝰ pueri. Sic etiā co dº pt̄ dici de cōceptu et partu virginis. Iſti enī̄ effectus nō ſtant ſimul naturaliter cū ſua cauſa ſicut virtus diuina pt̄ eē cā illius cōceptus et illius partus: que licet repugnēt reſpectu cauſe particularis: nō tamē reſpectu ꝟtutis ſupioris agentis. ¶ Ad confirmationez de contrarijs dicendū ꝙ nō eſt ſimile: licet enī̄ ſit talis repugnātia in quantitatibus ꝟtualiter nō tm̄ formalr̄. Due enim q̄litates ī eodē ſubiecto ſūt formaliter repugnātes: nō ſic de q̄ntitatibꝰ. Iſta queſtio tractaꝶ diffuſe a Scoto. 49. di. 4ti. q̄ōne de dote ſubtilitatis. ¶ Quantū ad ſecūdū cōcediꝶ ex fide ꝙ idē corpus pt̄ eē pūtialiter ī diuerſis locis. S3 vtꝝ localiter dicūt quidā ꝙ nō. Mō ꝓbatur ſic. Termini locati et loci ſunt ſimul: ergo ſi locatū ſit extra terminos loci ſui ꝓprij ē extra terminos ſuos ꝓprios. Itez ſicut res ꝑ ꝓpriā naturā eſt tm̄ ī vna ſpē ſic ꝑ vnā dimēſionē ē ſimul ī eodē locaº Cōſequētia ptz a ſili. Itē ſi idē corpꝰ eēt in pluribꝰ locis: ḡ poſſet eſſe in infinitis et ſic eēt vbiqꝫ. cōſeqnēs ē falſū. q2 illō eſt di ꝓpriū. ꝓbaꝶ: q2 cū agēs ſupnaturale ſit potentie infinite q̄ rōne pt̄ facere illud in pluribꝰ eadē rōe pt̄ facere in infinitis. Item termini motus ſūt incōpōſſibiles ex q̄nto phiſ. ſ3 quecūqꝫ duo vbi pūt eē termini eiuſdē motꝰ: q2 corpꝰ poteſt moueri ab vno vbi ad aliō: ḡ q̄cūqꝫ duo vbi ſūt incompoſſibilia ſm idē corpus. ¶ In oppoſitū arguiꝶ: q2 vbicunqꝫ ds̄ pt̄ facere ſubam nālē nō ſub ſuo modo naturali pt̄ ibidez facere ſub ſuo modo naturali: q2 in p̄mo duo ſūt miracula ſc3 in cauſādo pūtiā vnius corpis reſpectu pluriū locoꝝ: et in ſepando a ſuo mō naturali et locali. In ſecūdo aūt non niſi vnum. Sed ds̄ ſm om̄es pt̄ facere ſuū corpꝰ ſacramētaliter: id ē nō ſub ſuo mō naturali in diuerſis locis: ⁊ facit de fctō ergo pt̄ idē facere et quodlibet aliō corpus in eiſdē ſuo mō naturali: id ē localr̄ et dimēſiue. ¶ Itē om̄e qō non includit euidenter cōtradictōnē: ē dō ſimpliciter poſſibile: ſ3 hoc ē hmōi: ḡ ⁊c̄. Dico igiꝶ ꝙ dō ſimpliciter eſt poſſibile idē corpus facere ſimul in diuerſis locis localiter. Hoc patet ex intellectu terminoꝝ. Cum enī̄ dico idem corpus ſimul eſſe in diuerſis locis localiter nihil dico ſupra corpꝰ niſi quēdā reſpectū extrinſecus aduenientem fundatū in quāto ad aliō quātū circumſcribens. Reſpectū aūt talē plurificari ſup idem fundamentuz ad diuerſos terminos nō apparet cōtra aliquid notū ſm rōem: q2 reſpectus intrinſecꝰ adueniens de quibus minus videꝶ pūt plurificari fundamēto eodē manēte: vt ſupra eandē albedinē pūt due ſimilitudies fūdari ad duos terminos: vt ꝓbat Scotꝰ diſt. 8. tercij. Nō enī̄ eſt neceſſe plurificato poſteriori prius plurificari. Ipa autem vbi ſūt manifeſte poſteriora ipō q̄nto locato. ¶ Pro argumentis aūt in oppoſitum ſoluendis pono tres ꝓpōes: q̄rum p̄ma ē: Quecūqꝫ ſūt priora eēntialiter ipō vbi vniformiter inſūt ipi corpi q̄uis habenti diuerſa vbi. i. non variantur variato ipō vbi. que ꝟo poſteriora vł ſimul natura variabūtur ſm varietatem vbi. Hoc patet: q2 prius eēntialiter non variatur ꝓpter variationē poſterioris: ſed poſteriꝰ bene variatur ad varietatez prioris: que etiā ſimul ſūt natura cū ali

quo variatur illo variato. vnde ſi habens
famem comedat in vno vbi et non i alio
ſatiatur in illo vbi ex cōmeſtione facta i
alio: et ceſſat eius appetitus. Fames enī
ſiue ſit appetitus ſenſitiuus ſiue volūtari
us dicit aliqd abſolutū: vñ nō variat̄ ꝓp
ter variationē vbi. Si aūt dicas ſaturi-
tatem eſſe repletionem corpalem ſtoma-
chi: tunc ſi non recipiat cibum in illo lo-
co nec ei ibi approximet̄ ſꝫ h ideo h eſſꝫ
replet' illo mō et non illic: qꝛ iſta reple-
tio non dicit niſi preſentiā alimēti cōten
ti ad ſtomachū cōtinentem vel ventreꝫ.
Vñ nihil abſolutū dicit ſed tm̄ reſpectū
extrinſecus aduenientem. Item non po
teſt dici ꝙ moriatur i vno et non in alio
qꝛ ſi hic moritur moritur et ibi. Mors eī
et vita non dicūt niſi quid abſolutum ꝓ-
uatiuū vel poſitiuum: et ꝑ ꝯſequens nō
variantur ꝓpter varietatem vbi. Sꝫ ta-
mē non ſequit̄ vulneratur hic: ergo vul-
neratur ibi. qꝛ vulneratio dicit diuiſiōēꝫ
continui: id eſt ab aliquo hic diuidente.
Sed tamē verum ē ſi ibi habet vulnus
ꝙ et alibi habet: qꝛ ſic ē diſcōtinuatō ꝑ-
tium: que ſi eſt in hoc corpe ⁊ alibi in eo
dem. Similiter dicendū eſt de nutrimē
to: quod ſumptum in vno vbi conuertit
in ſubām corporis exiſtentis in alio vbi
qꝛ illa conuerſio eſt generatio ptis ſube
ipſius nutriti. Tota aūt ſubſtantia nutri
ti et quelibet pars prior eſt ipo vbi: non
ergo variabitur ad variationem eius.
Motus tamē localis nutrimenti ad ſto
machum non ē hic idem q̄ ibi. qꝛ ex quo
vbi eſt aliud: et motus localis ad vbi tā
tum. Unde qꝛ moueri vel quieſcere ꝑm
locum ſunt ſimul cum vbi vel poſterius
eo variabitur ad variationeꝫ vbi. Et ita
idem corpus poterit in vno vbi moueri
localiter et in alio quieſcere. Sicut eñ
poſſibile eſt ꝙ idem corp' habeat hic ꝑ-
manenter vbi vnum et aliud ibi: ſic poſ-
ſibile eſt ꝙ permanenter habeat h vnuꝫ
vbi et alibi plura ſucceſſiue. vnde idem
poterit moueri de vno vbi ad ſe exiſten-
tem in alio vbi ⁊ ſe pellere et trahere et
idem homo habens mille vbi facere ex-
ercitium ⁊ coreas ducere. Similiter po-
terit in vno vbi loqui et in alio tacere. Si
loqui dicat formationem vocis ꝑ inſtru
menta naturalia in aere repercuſſo. Vñ
qꝛ aere mouebitur localiter in illo vbi ⁊
in alio non: in iſto formatur verbū: ⁊ i iſto
aūt non: et ille loquitur et ille tacebit: et
hic tenebit tenorem et ibi qntam: ⁊ h at
trahit aerem et alibi idem in aqua exñs
non attrahit non tñ ſubmergetur hic qꝛ
corpus eius erit refrigeratum per aereꝫ
alibi attractum. Si autē loqui dicat ac-
tum imaginationis vel intellectus ille q̄-
dem ē idem vbicunqꝫ fuerit loquens.

¶ Ex p̄dictis patet ꝙ non eſt inconueni
ens idem moueri et quieſcere diuerſis re
ſpectibus et moueri et nō moueri ꝑm di
uerſa vbi. Similiter idem poterit eſſe ſu
perius et inferius ſeipo: ꝓpinquās ⁊ di
ſtans reſpectu diuerſorum vbi. Unde re
lationes contrarie in genere bene pñt in
eſſe eidem ꝑm diuerſa fundamēta: ſicut
idem poteſt eſſe ſimile alicui ꝑm albedi-
nem: et diſſimile ꝑm ſcientiam. Propin
quum aūt et diſtās fundatur in corpore
diuerſimode vbitato: et hec de prima ꝓ-
poſitione. ¶ Secunda propoſitio eſt illa
Sicut paſſum exiſtens i vno vbi recipit
et formā a duobus agentibus ſibi ibidē
approxīatis: ſic ipm in duobus locis vel
vbi exiſtens patietur ab eiſdem ſibi in il
lis duobus approxīatis: Et hoc intelli-
gendo de paſſione que eſt ad formā ab-
ſolutam. hoc patet: quia ad hoc ꝙ patie
tiens patiatur ab agente recipiendo iſtā
formam non oportet niſi ꝙ ſit in poten-
tia paſſiua: et agens habeat formā acti-
uam: et ſint debite approximata: ſiue in
hoc vbi ſiue in illo ſit approximatio. Sꝫ
paſſo poſito in duobus vbi ipſum habet
eandem potentiam paſſiuam ad formaꝫ
abſolutam: et actiuum eandē potentiaꝫ
actiuam: et eodem modo poteſt ſibi ap-
proximari: vt patet in iſto vbi ſicut i alio
ergo eodem modo patietur quantuꝫ ad
formam abſolutam a quocunqꝫ actiuo ſi
bi approximato ſiue i iſto vbi ſiue i alio.
ſicut ſi tantū eſſet in vno vbi: ⁊ eēt agēs
ſibi approximatum. Addidi autem ꝑm
formam abſolutam: qꝛ nō oportet ꝙ ea-

 27

Hic determinat ariſt. de vnitate motus. Circa quod pmittit aliqua. primo ſcꝫ quid ē ſimul eſſe: quid ſepatum: quid tangere: qđ medium: quid cōſeqnter: qđ habitū: quid cōtinuum. Dicit ergo ꝙ illa dr̄ ſimul eſſe ſm locū que ſūt in vno loco ꝓprio: Eſſe aūt ſepatum habent quecūqꝫ ſūt in loco altero. Illa autem ſe tangunt quoꝝ vltima ſunt ſimul. Illud aūt eſt mediū in motu quod mobile pmo natum eſt attingere ſcꝫ ipm ſpacium. Ex medio aū t ſpacio accipitur cōtinuitas motus dūmodo ſit ibi continuitas tempis. Unde ſi in via ponantur lapides non ſe tangentes poterit illi continuari motus ſi nō diſcontinuatur temp⁹ Similiter pcutiendo cordas cithare poteſt continuari motus manus licet vltima pcutiatur poſt primam: dū tñ cōtinuetur tps. Deinde dicit ꝙ illa ſe hñr conſequēter: quoꝝ nō ē aliqđ mediū ei⁹dem generis. vnde ſi inter duas domos non eſſet domus media: licet ibi eent arbores: ille domus dñr ſe habere conſequenter. Illa aūt dicūtur habita q ſunt conſequenter ſe habentia: dummō ſe tāgant. vnde eſſe habitum ē ſpēs eius qđ eſt cōſequēter eſſe. Et ſicut eſſe habitū eſt ſpēs eius qđ ē eē cōſequēter: ita continuū eſt ſpecies eius qđ ē eē habitum. Unde illa dñr eſſe continua quoꝝ vltīa ſunt vnum. Nā cōtinuum dicitur a con quod ē ſimul: et teneo. illa ergo ſūt continua que ſimul ſe tenent. Unđ dicit ariſ. ꝙ in his quidem ē cōtinuum ex qbus ē aliqđ aptū natū fieri vnum aut colla aut p inclauationem: vel ſicut adunata ſeu inſerta: aut aliquo alio mō. Ulē ariſ. ꝙ eſſe pūter eſt in numeris q ſūt priores q ſunt ipa cōtinua. Circa qđ pt queri ā numerus ſit prior cōtinuo: et videt ꝙ ñ q numerus cōtinuatur ex diuiſione continui: vt patet tertio huius: ſed effectus eſt poſterior ſua cā. Dicendū ꝙ cū vnitas ſit pōr puncto: q punctus ſe habet p additionē ad vnitatē: addit enī ſupra eam poſitionem in continuo: oportet ꝙ quantitas diſcreta et vniuerſaliter omnis numerus cuius principiū ē vnitas ſint prior qūtitate continua cuius principium eſt punctus. Quia vō dr̄ ꝙ numerus cauſat ex diuiſione cōtinui hoc ē materialiter et quaſi p accñs. Numer⁹ enī per ſe cauſatur ex collectōe vnitatū: ꝙ aūt cauſatur ex diuiſione continui h⁹ ſō ē: q diuiſo cōtinuo reſultāt ibi plēs vnitates. Ex hoc aūt nō debemus arguere cōtinuū eſſe prius numero. Nam ſic numerus quaſi p accñs cauſatur ex diuiſione continui: ſic et continuū cauſari pt ex cōiunctōe numeroꝝ. Sicut enī diuidendo cōtinuū efficitur numerus: ſic numerata ſi coniungerētur vel clauo vl̄ colla: vel aliq alio⁹: reſultaret tñ iū ꝯtinuū

His pmiſſis determinat. p. de vnitate motus dicens ꝙ omnes motus p qs acquiritur vnū pdicamentū ſūt vnū genere. Sꝫ oēs p quos acqrit vna ſpēs ſpecialiſſima: ſūt vnū ſpē ſpēaliſſima. Omnes vō p quos acqritur vna ſpēs ſubalterna ſūt vnū ſm ſpēm ſubalternā. Omnis ergo alteratio omni alteratōi ē vnū genere: q qualitas q acquirit p alterationem noīat vnū gen⁹. Omnis etiā dealbatio omi dealbatōi eſt vnus motus ſm ſpēm ſpēaliſſimaꝫ: q albedo q acqrit p talē motū noīat ſpēꝫ ſpēaliſſimā. Omnis etiā doctrinatō omi doctrinatōni eſt vnus motus ſm ſpēm ſubalternā. quia ſciētia q acqritur p talē motū eſt ſpecies ſubalterna: eſt enī ſpēs et genus: q eſt ſpēs cognitōis. Eſt enī ſcīa cognitio nō quelibet: ſed cognitio p cām ſiue cognitio certa. Eſt etiā ſciētia gen⁹ ad grammaticā: logicā: et alias ſcīas. Circa pdicta pt dubitari: cū ergo diuerſi motus ſint idem genere: ſi per eas acquiratur res eiuſdē pnti: ſic vr̄ ꝙ poſſum⁹ arguere eundem motum quantitatis et in vbi

et in ſitu. Per motū enī localē acquirit̄ locus: q̄ ſm aliq̄s ē in gn̄e q̄ntitatis: Et etiā p ipm acq̄rit̄ ordo ptiū in loco: q̄ eſt p̄dicamētū ſitus. et p hmōi etiā motum acq̄rit̄ ipm vbi. Erit ergo p̄dictus mot⁹ in triplici genere. Dōm q res nō ſumit ſpēm ex eo qd ē p accñs et ex ɔñti: ſz ex eo qd ē p ſe et p̄mo. ex motu aūt locali p̄mo et p ſe acq̄rit̄ ipm vbi. ex ɔñti aūt acquirit̄ loc⁹ et ordo ptiū in loco. Dictus ergo motus nō ſumit ſpēz ex loco nec ex ɔñto ſitus ſed ex vbi. erit ergo ſolū ī genere vbi: et nō ī alijs p̄dicamētis. Q̄ āt ex motu locali p ſe et p̄mo acquirat̄ vbi pz. Nā cū mot⁹ ſit in corpe mobili vt in ſubiectō p ſe et p̄mo p hmōi motū acq̄ret̄ aliq̄d ī ſubiectō ñ extra ſubiectū. Cū ḡ loc⁹ ſit in corpe locāte: vbi aūt ſit in ipo corpore mobili p motū localē p̄mo ⁊ p ſe acquiret̄ ipm vbi et acquiſito ipo vbi acq̄ret̄ locus et ſitus. ¶ Circa p̄miſſa mouz aꝫ. vnū dubiū vicz ſi idē vbi acq̄rat̄ per motū rectū et curuū ſiue p cordā ⁊ arcuz an illi duo motus ſint idē ſpē? Reſpondet q ſi ſpaciū ſit alterꝫ ſpē q etiā mot⁹ iſti diſtinguuntur ſpē. Circulare a recto eſt alterꝫ ſpē. Qꝛ iz hi duo mot⁹ poſſunt eſſe ad eūdē terminū: nō tñ p eādē lineam: nec p idē ſpaciū. ¶ Cōſequēter oſtēdit. p. quid req̄rat̄ ad vnitatē numeralē motus. d. q motus ē vnus numero in q̄ eſt idē mobile numero et vnitas tpis et termini ſiue ſpacij vel rei acq̄ſite p motū ¶ Circa p̄miſſa p̄t dubitari an ꝓ toto tēpore ꝓ quo durat ſanitas ſit eadē numero? Reſpōdeo q ſic: qꝛ licet nō ſit eē pūctuale in oīb⁹ formis ſz ī aliq̄b⁹ ſit magna latitudo graduū cui intēdātꝫ remittātur tñ hmōi eē cū tota latitudīe ſua reſpōdet vni forme numero: niſi ergo tale eſſe interrumperetur quātūcūq variat̄ p intentionē ⁊ remiſſionē nō tollitur vnitas numeralis ipſius eſſe. ¶ Alterius dicit: q motus regularis ſeu vniformis ē magis vn⁹ q̄ difformis: qd pz: qꝛ cū de rōe vnius ſit in diuiſio: et in dr̄ñia et in motu irregulari ſit maior diuerſitas q̄ regulari oportet q regularitas faciat ad quandā vnitatē mot⁹. Aſſignat aūt ariſt. duos mōs regularitatis et irregularitatis Primus ē ex pte ſpacij ſiue rei in qua ē motus. Cū ḡ magnitudo regularis debeat eē vniformis: ⁊ debeat ɔuenire q̄libꝫ ps cū q̄libet pte. Rcā et circulare ſunt magnitudines regulares: qꝛ quelibꝫ ps recti eſt recta: et in quolibet circulo ſecando equales arcus inuenimus eos eq̄liter curuos. Sed ſi ſit magnitudo circūflexa vel aliter curua q̄ circulariter nō poterit in tali magnitudīe et in tali ſpacio eſſe regularis motus. Secūdus modus eſt ſm velocitatē ⁊ tarditatē: motus eñ cuius velocitas et tarditas ē eadē eſt regularis: cui⁹ aūt nō ē eadē ē irregularis ¶ Deinde determinat ariſt. de contrarietate motus dicēs: q licet contrarietas motuū ſit ſumēda ab vtroq termino: ſcz a termino a quo: et ad ter^m ad quem: tamen magis ſumitur a termino ad quem cū motus ſumat ſpēm ab ipo. Mot⁹ igit̄ ſunt cōtrarij qui ſunt ex cōtrarijs et in cōtrariā: vt dealbatio que ē de nigredīe in albedinem cōtrariatur denigrationi: que ē ab albedine in nigredinē: qꝛ albedo et nigredo cōtrariātur. Si igit̄ mot⁹ ſurſū ē cōtrarius ei q̄ ē deorſū: qꝛ ſurſuz et deorſū cōtrariātur. Si igit̄ motus q̄ ē añ ē ei cōtrari⁹ q̄ eſt retro: ⁊ ſic de alijs. ¶ Dicit etiā ariſt. q qꝛ mediū cōpatum ad vnū oppoſitorꝫ hꝫ rōem alteri⁹ oppoſiti: vt fuſcū compatū albo habet rōnem nigri: ideo cōtrariat̄ ei q̄ ē a nigro in fuſcum. ¶ Notandum tamē q magis ē ſumenda cōtrarietas ex eo q ex eodez medio itur ad contraria q̄ ex eo q ex contrarijs itur ad media: qꝛ motus vt ſupra dicebatur magis recipiūt ſpeciē et contrarietatem a termīs ad quos q̄ a quib⁹ ¶ Dicit inſuper q quies opponit̄ p̄uatiue motui non tamen cuilibet vt quies ſm locū opponitur motui ſm locum: ſic etiā motui ſm aliud genus opponit̄ q̄es ſm illud genus. Motui etiam qui eſt ex ſanitate in egritudinē opponit̄ quies ī ſanitate. Dicit etiā q ſicut motus opponuntur adinuicem: ſic et quietes. Sicut

enim dealbatio et denigratio opponuntur: ſic opponuntur quies in albedine ꝛ quies in nigredine. ¶ Conſeq̄nter oſtēdit quō mutatio opponit̄ mutatōi di. ꝙ in his in q̄bus nō ē cōtrarietas: ſcʒ ī ſubſtantijs mutatō q̄ ē ex ipō opponit̄ ei q̄ ē in ipm: vt corruptio q̄ ē ex eſſe in nō eſſe opponit̄ generatōi que ē ex nō eſſe i eē. Qḋ aūt dicit ariſt. in hoc q̄nto: ꝙ generatio et corruptio ſe hn̄t vt cōtradictō exponit̄ ꝯñter ꝑ ꝯdictoꝝ ꝑuatiue oppoſitā qꝛ ſcʒ ſūt ſicut cōtradictoria circa ſubm aptū natū. qꝛ ſubiecm̄ tale neceſſario vel eſt ſub forma vel ſub priuatōne: nō ſic ē de ſubiecto qḋ nō eſt aptū natū: vt lapis nec ē cecus nec ē vidēs. ¶ Cōtra hoc tn̄ arguit̄ et videt̄ ꝙ generatio et corruptō oppōnātur ꝯtradictorie: qꝛ vna ē ad eē alia ad nō eē: eē aūt et nō eē cōtradicūt. Dōm ꝙ drn̄ia ē inter purā negationem et ꝑuationē: qꝛ pura negatio nihil pōi ꝛ ſed priuatio aliqd ponit: ſcʒ ſubiecm̄ in q̄ fundat̄. Vn̄ quarto meta. dr̄ ꝙ priuatio eſt negatio in ſubiecto: Cū ergo in ſubalibus ꝓcedat̄ ab eſſe ad nō eſſe: ſi iretur ad nō eē ꝑ oēm modū ſcʒ ad pure nihil eſſe eſſet oppoſitio cōtradictoria. Tal̄ autē ꝓceſſus nō ē in mutatōibus ſubialibus: ꝛ iō dicit. p. ꝙ ī talib⁹ mutatōib⁹ eſt aliquid ſcʒ materia.

## Explicit quīt⁹ li. phiſicoꝝ
## Incipit ſextus phiſicorū.

I aūt eſt continuuʒ quod tangit̄. Poſtq̄. p. in quīnto determinauit de motu vt habet diuidi ī ſuas ſpecies ſeu partes ſubiectiuas: In hoc ſexto determinat de eo ꝓut habet diuidi in ſuas ꝑtes integrales ſeu quantitatiuas: hic ergo determiat̄ de motu inquantuʒ eſt q̄d quātū et cōtinuū: et vt diuidit̄ in ſuas ꝑtes. Veruʒ qꝛ motus circularis q̄ ſm ariſto. eſt etern⁹ potiſſime ē ꝯtinuus ideo de huius eternitate incipit detmīare a principio ſeptimi. Circa primū duo facit. qꝛ pmo ꝓbat motū eſſe q̄d cōtinuum. ſecūdo oñdit quō hʒ diuidi in ſuas partes integrales: ibi: neceſſe ē aūt ipm nūc. ¶ Ad euidētiā aūt pme ꝑtis ſciendum ꝙ tps hʒ ꝯtinuitatē a motu: et motus a magnitudine. ideo eni temp⁹ ē cōtinuū: qꝛ motus ē cōtinuus: ꝛ ideo mot⁹ eſt ꝯtinuus: qꝛ magnitudo ē diuiſibilis in ſemꝑ diuiſibilia. Primo ergo ꝓbat oēm magnitudinē eſſe diuiſibilē in ſemꝑ diuiſibilia oñdendo vicʒ lineā ſeu magnitudinē nō cōpoui ex pūctis ſeu indiuiſibilibus: ꝛ hoc trina rōe. Quarū prima ē talis: ꝙ cū nō fiat ꝯtinuū niſi ex habētibus vltimū: qꝛ cōtinua ſūt quoꝝ vltima ſunt vnū. vt dcm̄ eſt in quinto. Indiuiſibilia aūt cū nō hēant vltima continuari nō poterūt. Probat aūt ꝙ indiuiſibilia nō hn̄t vltima: qꝛ nō hn̄t ꝑtes: alterū aūt ē vltimū et id cuius eſt vltimū. Si eni idē eēt terminus et id cuius ē terminus: tūc idē termīnarʒ ſe. Secūda rō eſt talis: illa ex quibus fit aliq̄ magnitudo vel ſūt cōtinua: vel ſe tangunt: vel ſe hn̄t ꝯñter: ſʒ indiuiſibilia n̄ ſūt hmōi: ḡ ex talib⁹ n̄ pt̄ fieri magnī⁹. Maioꝛ pʒ. q̄ntū ad pmā ꝑtē vcʒ ꝙ indiuiſibilia n̄ pn̄t ꝯtinuari: qꝛ ſcʒ nō hn̄t vltima: vt dcm̄ ē. Secūda ps ꝓbat̄ vicʒ qꝛ indiuiſibilia n̄ ſe tāgūt: qꝛ oē qḋ tāgit aliḋ: vel totum attingit tom̄: vel ps ꝑtē: aut ps tāgit totū. Cū āt indiuiſibile n̄ hēat ꝑtē: n cēē ē totū tāgere totū. Cū āt aliq̄ ſe hn̄t ꝙ totū tāgit totū: eis cōpetit idēʒ ſitus: et ſic ex talib⁹ n̄ pt̄ fieri cōtinuū nec cōtiguū. Nā cōtinua ꝙ ꝯtigua hn̄t ꝑtes diſtictas ſm ſitū. Qḋ aūt illis q̄ ſic ſe hn̄t ꝙ totum tāgit totū cōpetat idē ſitus pʒ: nā ſi vni cōpeteret maioꝛ ſitus q̄ alij: tūc vnū illorū nō attingeret aliḋ ſm ſe totū. Deide ꝓbat ariſ. tertiā ꝑtē minoris: vicʒ ꝙ indiuiſibilia nō ſe hn̄t ꝯſeq̄ter. qꝛ inter duo pūcta cadit linea media: ꝛ inter duo nūc cadit tps. ¶ Circa qḋ pt̄ aliq̄s dubitāre ꝙ vr̄. p. inſufficiēter arguere cum ſit ꝙ pūcta n̄ ſe hn̄t ꝯñter: qꝛ int̄ illa cadit linea. Nec etiā ipa nunc: qꝛ inter ea cadit tps: qꝛ cū linea ſit alia a pūctis ꝛ temp⁹ ab ipis nūc h⁹ n̄ tollit q̄n poſſint ſe hr̄e ꝯñter. Nā vt dicebat̄ in. 5⁰. due domus pn̄t ſe ꝯñter hr̄e dato ꝙ inter eas eſſent

arbores: vel q̄d cūq3 aliō qō nō eſſet eiuſ
dē gn̄is cū domo. Dōm q cū in q̄lib3 li
nea ſint infinita pūcta: et in q̄l3 tpe infi=
nita nūc: ſi int̄ q̄l3 nūc cadit tp̄s: int̄ q̄l3
duo nūc cadūt infinita nūc. Et ſi int̄ q̄l3
duo pūcta cadit linea: int̄ q̄l3 duo pūcta
cadūt infinita pūcta. Duo ḡ pūcta nō ſe
hn̄t ꝯn̄ter. q2 int̄ ea cadit linea: ſ3 hoc n̄
eſt rōe q2 linea ſed q2 ex eo q ē ibi linea
media ſūt ibi infinita pūcta media. Ad
idē dōm ē ō ip̄is nūc ⁊ alijs imptibilib⁹
¶ Inſup ponit. p. tertiā rōem: ⁊ h° ſic:
Oē cōpoſitū diuidit̄ ī ea ex q̄b⁹ cōpo=
nit̄: ſ3 magnitudo nō diuidit̄ ī pūcta: ḡ
nō cōponit̄ ex illis. minor p3 ex p̄cedeñ
q2 ſi magnitudo diuideret̄ ī indiuiſibl'ia
ſeq̄ret̄ q illa ſe ꝯtingerēt ſm ſe totū q n̄
diſtarēt ab inuicē: ſ3 eēn̄t oīa ſimul. op=
tet ḡ magnitudinē diuidi ī ſp diuiſibl'ia
¶ Oſtēdit inſup. p. q ſicut magnitudo
nō cōpōit̄ ex diuiſibilib⁹: nec mot⁹: nec
tp̄s: qō ex h° p3. q2 cū q̄ntitas mot⁹ de=
pēdet a q̄ntitate magnitudīs ⁊ ſpacij ſu
p qō fit mot⁹: ⁊ q̄ntitas tpis a q̄n̄ mot⁹
ſeq̄t̄ etiā q diuiſibilitas vni⁹ depēdeat a
diuiſibilitate alteri⁹: cū diuiſibilitas ſeq̄
tur q̄ntitatē: eſt eñ ei⁹ paſſio: vt oñdet̄ 5
meta. Dicit etiā ariſ. q ſi magnitudo ſit
infinita extēſiue tp̄s ī q̄ ꝑtrāſit̄: erit infi=
nitū. Et ſi ſit finita: tp̄s erit finitū: niſi ip
ſa reiteret̄: qō ōt ꝓpter corpa celeſtia: q
l3 ſint finita: tñ ſm ip̄m mouētur tpe in=
finito p reiteratōem ip̄oꝝ circa terrā. q̄=
liter aūt intelligatur diſio ꝯtinui in infi
nitū dictum ē tertio huius.

N ēceſſe ē aūt **Ca. II.**
ip̄m nūc. Poſtq̄ auctor oñdit
motū eē ꝯtinuū: in pte illa det̄
minat de ptib⁹ ei⁹. Mot⁹ āt dupl'r diui'
Primo p cōparatōz ad mēſurā. Eo eñ ip
ſo q mot⁹ mēſurat̄ tpe ſeq̄t̄ ip̄m diuidi
diuiſiōe tpis. Secūdo mot⁹ diuidit̄ p cō
parationē ad ſubm. Si eñ mobile qō eſt
ſubiectū mot⁹ ē diuiſibl'e: ſeq̄tur ip̄3 mo
tū diuidi ſm ptes ip̄i⁹ mobilis. Volens ḡ
. p. determiare de ptib⁹ ip̄i⁹ mot⁹ tria fa
cit: q2 p̄mo oſtēdit mēſurā mot⁹ n̄ eē q̄d
indiuiſibile ſ3 diuiſibile. Secūdo oñdit
ſubiectū mot⁹ eē etiā q̄d diuiſi'. Tertio
det̄iat ō ptib⁹ mot⁹ tā p cōparatōz ad mē=
ſurā q̄ p cōparatōz ad ſubm. Circa p̄m di
cit ariſ. q mot⁹ n̄ p̄t eē ī indiuiſibili tpe ſ.
in ip̄o nūc qō ē termin⁹ tpis p̄teriti ⁊ ini
tiū futuri: qō ſic ꝓbat: q2 cū mobi' velox
ī eq̄li tpe ptrāſeat mai⁹ ſpaciū q̄ mobi'
tardū: ſi mot⁹ ſit in ipſo nūc: tūc mobile
velox mouebit̄ ī nūc p maiorē magnitu
dinē: et tardū p minorē. Si ḡ velox mo
ueat̄ p maiorē magnitudinē3 ī ip̄o nūc:
idē mobile mouebit̄ p minorē magnitudi
nē ī minori q̄ nūc: ⁊ tūc ſeq̄t̄ q ip̄m nunc
ſit diuiſibile: qō ē falſū. Q etiā q̄es non
hēat eē in nūc p3: q2 q̄es ē p̄uatō motus
oppoſita aūt nata ſūt fieri circa idē: cū ḡ
nō poſſit eē mot⁹ ī nūc nec etiā erit q̄es.

Deīn oñdit ariſ. q ſubm mot⁹ ſit diui
ſibile: q2 cū mobile exñs in termīo a quo
nō moueat̄: q2 nōdū ē mot⁹ inchoatus:
nec exñs ī termi° ad quē: q2 tūc cōpletuſ
ē mot⁹: ſeq̄t̄: q cū mobile mouet̄ ptī3 ſit
ī ter° a q̄: ⁊ ptī ī ter° ad quē. oē āt tl'e ē di
uiſibile: ḡ oē mob' ē diuiſibl'e. Circa qō
ſciēdū q l3 āgel⁹ ſit idiuiſibil' tñ p̄t moueri
n̄ tñ mo° motu ō q̄ ītēdit. p. p quē. ſ. mo=
tū acq̄rit̄ ip̄3 vbi ꝓp̄e dcm̄: cum n̄ poſſit
circūſcribi lo°: cū n̄ ſit q̄nt⁹. moueri tam̄
p̄t acq̄rēdo vbi large ſūptū: h° ē nouā p̄
ſētiā ad locū cui p̄⁹ nō erat p̄ſ. ⁊ hmōi
etiā mot⁹ etiā āgeli ē ſucceſſiu⁹: vt h3 vi
deri. 2. ſeñ. Notādū tñ ꝓpt̄ intētōz ariſ.
q vt ōt Sco. 2. di. 21. ſeñ. In motu loca
li ē ſucceſſio ex duplici cā: vic3 ex diuiſi=
bilitate mobil' ⁊ diuiſibilitate ſpacij vtra
q3 cā ſi eēt p ſe eēt ſufficiēs cā ſucceſſiōis
Nā q̄dl3 mob' p̄⁹ ptrāſit vnā ptē ſpacij
q̄ aliā: ⁊ illa eēt ſucceſſio ex parte ſpacij
etiā reſpectu eiuſdē indiuiſibil'. Hoc ſil'r
p̄t aſſigāri ī motu altatōis. Pōt etiā eſſe
ſucceſſio ex pte mobil' ſi ſit ptibl'e: q2 vna
ps p̄⁹ acq̄rit ptē ſpacij q̄ alia. Negat ḡ
. p. ⁊ bñ q indiuiſibile q̄tū ē ō ſe n̄ poſſit
moueri ita q ex pte ei⁹ poſſit accipi cōti
nuitas ita q ī ſe hēat cōpletā rō3 mobil'
ꝯtinui: q2 n̄ h3 ī ſe q ꝯti' moueat̄ n̄ tñ ſi=
bi repugāt ꝯtinue moueri accipiē° ab a°
ꝯtinuitatē mot⁹. Cū ḡ. p. ōt q oē quod
mouet̄ ptim ē in termīo a q̄: ⁊ ptī3 ī ter°

ad quem: verũ eſt ſi ſit tale mobile ex ratiõe cuius fit ſucceſſio motus. Tale em̃ mobile ẽ ſm ꝑtem ſui in termino et termino nõ ſolum ſm iſta ſꝫ etiã ſm idẽ ſui eſt partim in vno termino et ꝑtim ĩ alio: in quãtũ ẽ in medio quod ẽ aliquid vtriuſqꝫ extremi. hec Scotus. ¶ Notandũ etiã ad euidẽtiã ꝑdictoꝝ ꝙ in motu alterationis aliqñ eſt ſucceſſio ex ꝑte ꝑtiũ quantitatiuaꝝ ipſius mobilis. qꝛ ſcꝫ forma q̃ acquiritur ꝑ huiõi motum prius immutat vnã ꝑtem mobilis ꝙ aliam: et hoc aliquãdo accidit ex debilitate agentis: vt ignis primo nõ calefacit vnã ꝑteꝫ aeris: et illa pars calefacta calefacit aliam: et ſic ſucceſſiue calefacit aer donec compleatur calefactio tota. Aliqñ hoc accidit ꝓpter diſtantiam: qꝛ ſcꝫ ps ꝓpinqua ꝑfectius immutatur ꝙ remota. Aliquãdo ĩ tali motu ẽ ſolum ſucceſſio forme q̃ acquirit ꝑ motũ et nõ ex ꝑte ꝑtium quantitatiuarũ ipſius mobilis. Contingit em̃ totũ ſimul alterari: vt oẽm aquã ſimul congelari. Ipm ergo totum qḋ ſimul alterat ꝑtim eſt in termino a quo: et ꝑtim eſt in termino ad quem nõ ꝙ ſm vnã ꝑtẽ ſuã q̃titatiuã ſit in vno termino: et ſm aliaꝫ in alio. qꝛ poſitũ ẽ ipm totũ alterari ſimul ſed dũ alterat hoc ẽ ꝑtim in hoc ⁊ ꝑtim in illo: qꝛ ꝑtim habet de vna forma contraria et partim de alia. Nam ſi ſm ſe totum et ꝑ oẽm modũ eſſet ſub forma que eſt terminus a quo nõdũ inchoatus eẽt motus. Si vero ſm ſe totum eſſet ſb forma aliq̃ iã eẽt cõpletus mot⁹. Quãdiu ergo durat motus aliquid habet ḋ vna forma et aliq̃d de alia. ¶ Alterius oſtẽdit. p. motũ eſſe diuiſibilem. Et primo oſtendit ꝙ eſt diuiſibilis diuiſione mobilis: qꝛ de ipo motu aliquid ẽ in vna ꝑte mobilis: ſed extendit ſm diuiſionẽ mobilis: ſic albedo que extenditur ſm extẽſionem quantitatis diuidit ad diuiſionẽ quantitatis. Oppoſito aũt mõ ꝑtargui animã rõnalem nõ diuidi diuiſione corporis: qꝛ nõ aliud de eẽntia aïe ẽ in vna parte corpis ꝙ in alia ꝑte. ſꝫ anima ſm ſe totã eſt in qualibet ꝑte corpis: nec extenditur ad extenſionem corporis cũ ſit indiuiſibilis. Secũdo oſtendit motũ diuiſibilem diuiſione tꝑis: et hoc qꝛ in minori eſt minor motus: ⁊ in maiori maior. Tertio etiã oſtẽdit motũ diuidi ſm diuiſionem ſpacij vel rei acquiſite ꝑ motũ. Dicit tñ ꝙ illa in q̃bus hꝫ eẽ motus diuidũtur diſſimiliter: quantitas eni eſt diuiſibilis ꝑ ſe: qualitas ꝟo ꝑ accñs: qꝛ eĩ albedo eſt quanta quantitate ſuperficiei: ideo diuidit diuiſione ſuperficiei. ¶ Pro quo ſciendum ꝙ ſicut dicit Sco. di. 12 4. ſen. ſi qualitas eſſet ſeꝑata a quantitate eſſet indiuiſibilis cuꝫ nihil diuidat niſi mediante quantitate. Unde dicit ꝙ diuiſibile ꝑt capi dupliciter: vel quod ẽ in potentia ꝓpinqua vt diuidatur: vel quod eſt in potentia remota. Dicitur autem diuiſibile potẽtia remota qḋ habet ſufficientem formam: nõ tamẽ ſub modo ꝯuenIẽti ſub quo oꝑtet eã hr̃e ad hoc vt diuidat. Diuiſibile aũt ĩ poñ ꝓpinq̃ dr̃ ꝙ ſic hꝫ eã ꝙ ſtatim ceſſãte impedimẽto poſſit ſeq̃ act⁹. Albedo ergo ſeꝑata eẽt diuiſibilis potẽtia remota: qꝛ eẽt forma q̃ ſm ſe eẽt diuiſibilis nõ tñ poñ ꝓpinq̃ qꝛ nõ ſub illo mõ eẽndi q̃ requiritur ad diuiſionẽ. Similiter eſſet iuſẽſibilis potentia ꝓpinqua nõ tñ potentia remota. Talis etiam qualitas ſeꝑata licet eſſet indiuiſibilis mõ ꝑdcõ: nõ tñ eſſet ſpũal: qꝛ nata eſt informare corpus nõ ſpũm. Quarto dicit. p. motũ moueri. l. ſm q̃ntitatẽ ꝓpam. Sũt aũt iſte dimenſiones alie ſm ꝙ q̃ntitates ſunt alie: licet enim q̃ñtitas mot⁹ habeat eẽ a q̃ntitate mobilis vel ſpacij alia tñ ẽ q̃ñtitas motus a q̃ntitate illoꝝ. Quantitas enĩ mobil vel ſpacij ẽ quãtitas motus cauſaliter. Quãtitas ꝟo tꝑis ẽ q̃ñtitas mot⁹. motus enĩ mẽſurat tꝑe ſicut pãn⁹ vlna. q̃ntitas aũt ipſius moueri ẽ q̃titas ipſius motus propria. ¶ Notandũ autẽ ꝙ. p. in principio huius ca. nõ tetigit niſi duos modos diuiſionis motus: ſcꝫ ſm diuiſionẽ mobilis et tꝑis: licet in fine tãgat q̃tuor. Cui⁹ cã ẽ: qꝛ q̃tuor: pñt reduci ad duos ſm ꝙ oĩs q̃ñtitas mot⁹ l ẽ ſil vl ẽ ſucceſſiua. q̃n⁸ eĩ mobil vl ſpacij ẽ ſil: q̃n⁸ ãt tꝑis et q̃n⁸ ꝓpa mot⁹ ẽ ſucceſſia

## Capitulum. III.

q Uoniã aũt oĩe quod mutatur. ¶ Hic ariſto. oñdit de ordine quem habet mutatũ ad motũ: circa qđ oñdit q̃d ſit mutatuȝ eſſe: dicẽs ꝙ mutatum eẽ ab aliquo termino ẽ diſtaſ ſe vel diſceſſiſſe ab illo termino. Omne enĩ quod mutatuȝ eſt in termino ad quẽ mutatum eſt: habet aũt menſurari mutatum eſſe per ipſum nunc. Dicit etiam Ariſto. ꝙ non eſt dare mutatũ eſſe i p̓ncipio motus ſȝ in fine: q2 mutatũ eẽ preſuppouit motum preceſſiſſe.

¶ Deinde oſtendit ꝙ aliquid mutari in tempe poteſt intelligi dupliciter: vel pͥmo l'ſm partẽ. Illud dicitur mutari pͥmo in anno quod mouetur ſm totum annum. Illud aũt dicitur mutari ſm ptẽȝ in anno quod mutatur in die vel in meſe qui eſt pars anni. ¶ His p̃miſſis comparat moueri ad mutatum eſſe dicens: ꝙ ante oĩe mutatũ eſſe precedit moueri: ⁊ ante omne moueri precedit mutatũ eſſe: q2 ante oẽ mutatũ eſſe ſm totũ tẽpus p̃cedit moueri ſm mediũ temporis et añ moueri ſm totuȝ tempus precedit mutatum eſſe ſm me$^{m}$ temporis.

¶ Deinde ſoluit Ariſt. rationes zenõis negantis motum eſſe. Cuius vna ratio erat q2 mobile prius debet pertranſire medium ſpacij ꝙ̃ totũ et adhuc pri9 dimidium dimidij: quare cum continuum ſit diuiſibile in infinitum et non contingat infinita ptranſiri dicebat ꝙ nõ otingit aliquid moueri. Hanc rõnem ſoluit ariſt. dicens ꝙ licet infinitũ in actu non poſſet pertranſiri: tamẽ infinitum in potentia poteſt. Continuũ aũt non eſt infinitum in actu ſed tantum in potentia.

### Explicit ſextus liber phiſicorum.

### Sequitur ſeptim9 liber phiſicorum.

o Mne quod mouet neceſſe eſt moueri. ⁊c̃. Q2 mot9 circularis qui ſm. p. eſt eternus eſt maxime vn9 et continu9: ideo poſt ꝙ̃. p. in ſexto libro determinauit de continuitate motus: ĩ his duobus vltimis libris vult determinare de eternitate eius. Oſtendit aũt. p. motum eſſe eternum p; hoc ꝙ eſt deuenire ad vnum primũ motorẽ primũ oĩno ĩmobilem. Q aũt ſit deuenire ad primũ motorẽ ĩmobilẽ oſtẽdit. p. per hoc: q2 omne quod mouet ab alio mouetur. Secundo oſtẽdit ꝙ ẽ deuenire ad aliquem primum motorem pͥmum et immobilẽ. Tertio ꝓbat ꝙ ẽ dare motũ eternum. ſecũda ibi: Qm̃ autẽ omne quod mouetur. Tertia incipit in principio octaui: ibi: Ubi aũt factus ſit. Circa primũ dicit ꝙ oĩe qđ mouet ab alio mouetur. vnde ſi motum non habet in ſeipſo principium motus: manifeſtuȝ eſt ꝙ mouetur ab altero. Si aũt habet i ſeipſo principium motus licet nõ ſit ita manifeſtum ꝙ tale mouetur ab altero: tamen vt ipſe ꝓbabit oportebit etiam ꝙ tale moueatur ab altero. Dicit ergo ꝙ nihil ſeip̃m mouet. Sed aĩr dicitur moueri a ſe: q2 eſt diuiſibile in duo quoruȝ vnũ eſt mouens: ſcȝ anima: et alteꝝ motum ſcȝ corpus. Decipimur aũt ⁊ credimus ꝙ totũ moueat totum: q2 ignoramus que ps quã ptẽ moueat. ¶ Pro q̃ ſciendũ ꝙ licet nihil moueat ſeip̃m primo et per ſe: aliquid tamẽ mouet ſeip̃m ꝑ accñs: vt q2 anima mouet ꝑ ſe corpus et corpe moto mouetur anima: ſequit ꝙ anima moueat ſeip̃am ꝑ accñs. Aĩa ergo mouente corp9 ꝑ ſe ſequit etiã ꝙ totũ aĩal moueat: q2 etiã ip̃a anima mouetur licet ꝑ accñs. Ignorantes autẽ q̃ pars animalis quã ptem moueat et videntes totũ aĩal moueri credũt ꝙ totũ animal ſeip̃m moueat ſm ſe totũ. Ad ꝓbandũ aũt ꝙ nihil moueat ſe: pͥmo adducit. p. quandã ꝓpõem: vȝ ꝙ illđ qđ mouetur a ſeip̃o nõ quieſcit ꝑ quietem alterius mobilis. Naȝ ſi aliquid mouet

a ſeipſo primo q̄ eſt ſibiipſi ſufficiens cā motus. quicquid ergo quieſcat nō ꝓpt̄ hoc illud quieſcet. Ex hoc ergo arguit .p. nihil quod quieſcit ꝑ quietē alti⁹ mouetur a ſe primo: vt patet ex dictis: Sed omne mobile quieſcit ad quietem alterius ſcʒ ptis. qꝛ om̄e mobile habet ptes: quarū vna quieſcente patet ꝙ totū non mouetur primo ſed quieſcit: ergo nihil mouetur a ſeipſo. Omne ergo qđ mouet̄ ab alio mouetur ❡ Ad euidentiā predictorum ſciendū ꝙ reperimus duo genera ptium. Aliquādo eñi totū diuidit̄ in ſuas ptes eſſentiales: vt animal ī animam et corpus. Aliqñ ꝟo in ptes quātitatiuas: vt aer in ſuas ptes aeris: vtroqꝫ modo pars mouet partē: vt aīa mouet corpus: et pars aeris calefacta calefacit aliam. ❡ Notandū inſup ꝙ vt dic̄ Scotus nono meta. et. 2. diſtin. ſenten. Primo poteſt dici dupliciter. Uno mō vt diuiditur contra partem: ſicut accipit .p. capl'o p̄cedeñ. Et ideo ꝙ ſic ineſt primo remouetur ab eo cui ineſt. Si remouetur ab eo quod eſt aliquid eius et ið nihil ſic p̄mo mouetur ſi aliqua pars ei⁹ quieſcat. Alio modo dicit̄ p̄mo vt dicit p̄ciſionem et adequationem cauſe eo mō quo triangulus habet tres primo. ꝙ autem ſic ineſt primo alicui non remouet̄ ab eo ſi ab eo remoueatur quod ē aliqđ eius. Nam triangulus nihilominus habet tres: licet pars trianguli ſcʒ vn⁹ angulus non habeat tres. Eſt ergo intentio phiſici ꝙ nihil mouet ſe primo vtraqꝫ primitate: qꝛ ſequeretur cōditio ſcʒ ꝙ quieſceret ad quietē partis ⁊ nō quieſceret: qꝛ quieſcente parte non pōt moueri primo prima primitate et nō repugnaret ſibi moueri primo ſecūda primitate: qꝛ vicʒ in ſe habet ꝟtutem qua poteſt ſe mouere effectiue et elicitiue. Nō enī mouetur ſic p̄mo nō optet ꝙ q̄eſcat ad quietem partis que eſt aliquid eius. Differūt aūt hi duo modi dupliciter: ſit enim primum primo quātitatiuū et vocetur a. ſecūdum ꝟo p̄mum quidditatiuum ⁊ vocetur b. Et tūc ſit prima drīa qꝛ ineſſe alicui ꝑm partem repugnat a ⁊ ñ repugn̄t b. Ex^m drē habere tres ineſt triangulo et riſibile ineſt homī per partem qꝛ per ſuam formā ſiue ſpecificam drīiā et tamē ineſt primo b et non primo a. Secūda differentia eſt que ſequitur ex prima: qꝛ quod ineſt alicui primo a remouetur ab eo ſi remoueatur ab alio qđ eſt eius aliquid. Exemplum homo non ſanatur primo a ſi manus eius nō ſanat̄ Ratō huius patet ex predictis. Sed ꝙ ineſt alicui primo b nō remouetur ab eo et eſto ꝙ remoueatur ab alio qđ eſt aliquid eius. Exemplum: riſibile ineſt primo homi b tamē riſibile non remouetur ab homine ſi remoueat̄ a pede hominis qui eſt aliquid eius. ❡ Cōtra p̄dcā ar^r. et videtur ꝙ nihil moueat ſe primo q̄cūqꝫ primitate: et hoc ſic. Impoſſibile ē idē et ꝑm idē ſimul eſſe in potentia ⁊ ī actu: ſed mouēs mouet inquantum eſt ī actu et mobile mouetur inquantū eſt in potētia: vt patet ex diuiſione motus: ergo impoſſibile eſt ꝙ idem moueat ſeipm. Cōfirmatur qꝛ agens et patiens ſūt contraria ex primo de generatōne: ſed idē non variatur ſibiipſi. Item impoſſibile ē relatōnes reales oppoſitas fundari in fundamento finito et limitato: ſed actiuum ⁊ paſſiuuʒ mouens et mobile referunt̄ ꝑm relatōnes reales et oppoſitas ptinentes ad ſecundum modum relatiuorꝫ vt patet ex. 5. meta. ca. de ad aliqđ: ergo impoſſibile ē idē eſſe actiuū et paſſiuū: motum et mobile. Maior probatur: qꝛ fundare relationes oppoſitas attribuit̄ eēntie diuine ratōe ſue illimitatis. Ad iſta reſpondeo Ad primū dicendū ꝙ duplex eſt actus ſcʒ formalis et virtualis. Exēplū primi: ignis eſt actu calidus non formalit̄. Ex^m ſc̄di: ſol ē actu calid⁹ ñ formalr̄ ſʒ ꝟtualr̄. Iſti duplici actui correſpōdet duplex poñ. paſſiua ſcʒ formal'et ꝟtual'. Ad formā igit̄ rōis cū dr̄ ꝙ īpoſſibile ē idē ſiml' eē ī potētia et ī actu ꝑm idem concedo iſtā accipiendo actū ⁊ potentiā vniformiter: ſi formaliter formaliter. Si ꝟtualiter ꝟtualiter ⁊ tunc minor ē falſa. In ꝓpoſito qꝛ qñ aliqđ mouet ſe cū ſit actio equoca et non vniuoca

non pt dici q ſit in actu formali ſed ē in potētia formali et in actu ɛ̄tuali: ⁊ ita ñ repugnat. Ad cōfirmatōnē dōm p idē. Nā q agēs et patiēs dicātur eſſe cōtraria intelligendū eſt de agente vniuoco. Sic eñ agēs et patiēs habēt formas cōtrarias formalr: et tunc nihil cōtra nos. Ad aliud dicēdū q non eſt incōueniens relatōes reales oppoſitas fūdari ī eodē fūdamēto ñ ſimpliciter ſʒ aliqualiṫ illimitato. ¶ Ubi ſciendū q quedā ſūt relatōes oppoſite reales que ſunt incōpoſſibiles in eadē natura et ſuppoſito vt ſūt relatōes cauſe et cauſati. Ratō huius ē q: cauſatū eēntialiter depēdet a ſua cā: Idem aūt nō eēntialiter dependeṫ a ſeipo. Quedā aūt ſū relationes reales oppoſite que ſūt incompoſſibiles in eodem ſuppoſito ſʒ nō ī eadē natura illimitata: vt ſūt relatōes pducentis et pducti patet in diuinis. Ratio hui⁹ eſt q pducēs prius ē in origine pducto. Quedā autē ſūt relatōes reales oppoſite que neutro modo ſūt incompoſſibiles: vt ſūt relatōnes mobilis et motiui. Cuius rō eſt: q omis talis impoſſibilitas relatōnū realium reducēda ē ad aliquā priorem: ⁊ vbi illa por nō inueniṫ ibi nec illa poſterior cōcludiṫ. Nūc aūt incōpoſſibilitas ī duobus primis mēbris reduciṫ ad ordinē ſeu dependentiā eēntialē vel originis. Sed in iſto tertio mēbro reduciṫ dependentia taliū relationū ad depēdētiā accidentalē. Nō eſt aūt incōueniēs idem ſuppm depēdere a ſe accidentaliter. Ad formā ergo rōis dicēdū q fundamētum relatōnū mouētis ⁊ mobilis qñ aliquid mouet ſe licet nō ſit ſimpliciter illimitatū: eſt tñ ſm q̄d et aliqualr illimitatū q̄tinus idē habet rōem mouētis et mobilr aliter tñ et alr. Capl'm .ij.

Q uoniam aūt oīne quod moueṫ. Poſtq̄ .p. oñdit q omne qd moueṫ ab aliquo moueṫ: hic conſequēter pbat q ē deuenire ad aliquē motorē imobilē. De iſta tñ materia nūc ſupſedeo ſʒ vſq ad octauū differatur. Quia tñ .p. probādo q eſt deuenire ad motorē immobilē preſupponit q mouēs et motū ſūt ſil'r: iō h⁹ pñter declarat d. q mouēs ⁊ motū ſūt ſil': nō q ſint in eodē loco: ſed q inter illa nullum eſt mediū. qd quidē intelligiṫ de mouēte primo: ⁊ vt ſi manus moueat proxīo lapidē: inter illa nullū eſt mediū. Declarat autē hoc .p. primo in his que mouētur a pncipio intrinſeco: vt in animali: vbi anima mouens corpus ⁊ corpus motū ſunt ſimul. Hoc etiā declarat de his que mouentur a principio extrinſeco dicens q illd qd mouetur ab alio mouetur quadruplicit. Motus eñ qui ſunt ab altero ſūt quattuor: ſcʒ pulſio: tractō: vertigo: ⁊ vectō. Pulſionis aūt duo ſunt: ſcʒ expulſio et impulſio. Expulſio ē cū q̄s pellit lapidē vl' aliud dimittēdo ipſum. Impulſio ɛ̄o diciṫ ſi coīūgatur eidē ſic q pellēdo non dimittat ipm. Tractio ɛ̄o diciṫ cū quis trahit aliq̄d ad ſe vel ad aliū. Vertigo aūt cōponiṫ ex tractu ⁊ pulſione: iō reduciṫ ad illa ſicut cōpoſitū ad ſimplex. nā ɛ̄tens aliq̄d pellit ptē ſupiorē et trahit inferiorē. Vectō aūt reduciṫ ad alia tria. Illud eñ qd vehitur et portatur moueṫ p accñs ad modū portātis. Ipm aūt portās vel mouet ſeipm vt equ⁹ portās hominē: vl' moueṫ ab alio pulſu, aut tractu aut ɛ̄tigine. Cū aūt iſti q̄ttuor mōi motus local' reducāturad duos vt dictū eſt ſcʒ ad tractū ⁊ ad pulſionē ſufficit .p. oñdere q mouēs et motū ſūt ſil'r ī ill' duob⁹ mōis. Qū dt q nihil pt aliq̄d depellere niſi pelliēs primū et illd qd pelliṫ ſimul ſint: nihil etiā pt aliū trahere niſi ſimul ſint trahēs ⁊ tractū. Et q circa h⁹ poſſet dubitari d motu piectōis: iō huiⁱ dubiū remouet .p. d: q lʒ lapis ñ ſit ſp cōiūct⁹ manui expellētis: ē tñ ſp piūct⁹ alicui pti aeris q̄ ē pellēs primū. Proiciēs eñ lapidē ſil' impellēdo lapidē impellit aerē: ⁊ aer impulſ⁹ impellit lapidē. Nō ḡ oportet lapidē ceſſare a motu ſtatim cū dimittiṫ de manu ſʒ poſt q̄ receſſit d manu adhuc mo' q pelliṫ ab aere. Tādiu āt durat iſte mot⁹ q̄diu mot⁹ impulſi aeris ſupat nālē ḡuitatē lapidis ſiue nālē motū ei⁹. in tñ ḡ motu ſp impulſū ē piūctū impellēti pxīo. Deīn oñdit .p. h⁹ iō hr ɛ̄ritatē ī motu alt̄atōis d. q ī oī alt̄atiōe al

terans et alteratū ſūt ſimul: qḋ ꝓbat: qꝛ alteratio habet fieri ſm qualitates ſenſibiles. Uidemus etiā in alteratōne oīm carū ſimul eſſe alterās et alteratū. Dicit aūt ꝙ qualitates ſenſibiles ſeu paſſiōes ſēſibiles ſūt qb⁹ dr̄ūt corpa ſenſibilia ad īuicē: vt albedo nigredo dulcedo amaritudo aſperitas lenitas grauis leuitas mollicies duricies. ¶ Conſequenter h⁹ ſpēaliter oñdit in alteratōne animaloꝝ ſcȝ ꝙ ſimul ſūt alterās et alteratū. Mulsi enī mediū ē int᷑ viſū et id a quo viſ⁹ immut patiᷣ. Corpus enī coloratū inmediate mutat aerē cādo ſcȝ in eo ſpecēſ ſuā. aer aūt īmutat⁹ inmediate īmutat viſum. Silr̄ dōm ē de alijs ſpecieb⁹ reſpectu eoꝝ a quibus inmediate mouētur et alterātur. Hoc idē ꝓbat ī augm̄ᵒ et decremento ꝙ ſūt ſimul mouēs ⁊ motū. Simul enī ſūt augens et id qḋ augetᷣ Cum enī augmentū ſit q̄dā appoſitio augens qḋ apponitᷣ aucto debet ei eē ꝯiunctū. Silr̄ et in decremento Nā decrementi cā eſt ablatio quedā: qḋ fieri nō poſſet niſi ablatū eēt cōiunctū ei a quo auferᷣ.

¶ Notandū ꝙ augmentū poſſum⁹ attribuere duplici agēti: vel qꝛ attribuimus ipm̄ v̄tuti augmētatiue vt calori naturali: que ē in membro q̄ attrahit ipm̄ in alimentum. Uel attribuem⁹ ipm̄ ipi cibo et ipi alimēto: qꝛ alimētū in eo ꝙ ē quid nutrit: et in eo ꝙ eſt quātū auget ⁊ quocunqꝫ mō dicim⁹ ſemp ſimul ē augens: et quod augetᷣ: qꝛ v̄tus augmētatiua et calor naturalis ſimul ē cū membro ⁊ ſimiliter alimētū. Eodē mō dicendū ē de decremēto ſiue attribuem⁹ ipm̄ ipi calori naturali cōiuncti humidū ſiue illi pti q̄ recedit. Qꝛ v̄o. p. in p̄cedeñ. ſuppoſuerat alteratiōnē ſolū fieri ſm qualitates ſenſibiles q̄ ſūt in tertia ſpē qualitatis: ideo hoc conſequenter ꝓbat dicens ꝙ ſi eēt alteratio ſm alias ſpēs q̄ ſᵐ tertiā ſpēm q̄litatis hoc maxime eēt ſm p̄mā et quartā ex eo ꝙ quis pdit et acquirit hmōi q̄litates. Sed vt patebit non ē alteratio nec in p̄ma nec in q̄rta ſpē q̄litatis: ergo ſolū eſtᷣ in tertia. Qꝛ aūt in quarta que eſt forma vel figura nō ſit alteratio p ſe ꝓbatᷣ: qꝛ tūc circa formam ⁊ figurā ſit variatio cū q̄dā alterantur: vt cū ſit alteratō in quibuſdā alijs. Qḋ ſic pt declarari: qꝛ enī mā variatᷣ ſm caliditatē et frigiditatē vel ſm raritatem ⁊ dēſitatē: vel ſm alias variatōnes: ideo ſit variatio ſm formā et circa figuram. Uidem⁹ enī aīalia complexiōis calide aliam habere formā membroꝝ et aliā figurā q̄ ſūt cōplexionis frigide. In eadē eī ſpecie ꝯſpicim⁹ ꝙ colerici hn̄t formam ſpēi magis tenueȝ: flegmatici v̄o hn̄t magis corpulentā: Sic ⁊ qui ſunt complexiōis rare diuerſificātur in forma ab his q̄ ſūt cōplexiōis dēſe. Cū ergo variatio ſm formā et figurā ſit ex eo ꝙ accidit variatio et alteratio circa talia ñ poterit eē alteratio p ſe ⁊ ſm ꝙ hmōi circa formā et figurā. Sumitᷣ aūt forma in ꝓpoſito ꝓ exteriori diſpōne ſeu decēti lineatōe. Uñ. 4. ethi. dicitᷣ ꝙ pui pn̄t eē formoſi et cōmēſurati: id ē decēter lineati. Figura v̄o nō ſumitᷣ put ſignificat ſupficiē incluſā vel terminatā linealiter qꝛ ſic ptinet ad genus quantitatis ſed ꝓ ipa terminatōne vel clauſione ſupficiei.

Deinde oñdit phs ꝙ non ē alteratio circa p̄mā ſpeciē qualitatis q̄ ē habit⁹ vl' diſpoſitio. Et p̄mo hoc oñdit in habitibus corporalibus: qꝛ habitus ſunt virtus et malicia. Oīs aūt v̄tus et malicia ſūt ad aliud: ſicut ſanitas q̄ ē quedā cōmenſuratio humoꝝ p reſpectū ad inuicem: vel ad corpus vt pulchritudo que eſt q̄dā ꝓportio membroꝝ: et ſic d̄ alijs Cū ergo relatio nō poſſit terminare motū circa hmōi v̄tutē nō poterit eſſe mot⁹ vel alteratio. Conſeq̄ntᷣ hoc idē oñdit ī habitibus aīe. Habitus aūt anime diſtinguntᷣ: qꝛ quedam ſūt v̄tutes morales que ſūt in pte appetitiua: vt iuſticia temperantia: ⁊ ſic de alijs. quedam aūt ſunt v̄tutes intellectuales que habēt eſſe in intellectu: vt intellectus ſapientia et ſic de alijs: de quibus habetur in primo ethicoꝝ. Primo ergo oñdit Ariſto. ꝙ circa v̄tutes morales non ſit alteratō qꝛ v̄tus conſiſtit in quadā pfectione: et malicia in quadam impfectōne qḋ expo

neus egidius dicit ꝙ perfectio quã importat virtus et imperfectio quã importat malicia consistũt in quadã relatõe: qr virt' cõsistit in quadã dispõne perfecti ad bonũ: et malicia in dispõe imperfecti ad malum. Quia aũt in adaliquid nõ est motus circa talia non erit motus vel alteratio. ¶ Ulterius ostendit etiaʒ ex hoc de virtutibus intellectualibus: ꝙ scʒ circa talia nõ sit alteratõ: qr sciẽtia ⁊ omnis habitus intellectus est adaliquid.

¶ Circa pdicta põt queri: cũ omnis habitus licet habeat relationem annexam sint forme absolute et de prima spẽ qualitatis: quõ valeat cõsequẽtia phi: ꝙ circa talia non sit alteratio cũ sint adaliqd'. Dicẽdũ ꝙ intentio phi ẽ ꝙ nõ est prope alteratio ad aliquã qualitatẽ nisi que pt pmo acquiri. Ait enĩ ꝙ in illis qualitatibus nõ ẽ alteratio q̃ fiunt cũ quedã alterant. Uult ergo dicere ꝙ sicut ad relatõnem nõ est motus nisi p accñs: qr alteratõne facta circa aliquid aliud acquiritur ipa relatio. Contingit enĩ ex eo ꝙ aliqd mutat ad albedineʒ fieri simile: sic circa hmõi virtutes nõ est alteratõ per se: qr acquiritur alteratõne facta circa aliud. Facta enĩ variatõne circa passiones corporales acquirũtur habitus corpales. Facta etiã alteratõne circa passiones q̃ moderãtur et reducũtur ad medium p virtutes morales acquirũtur ipe virtus. Scã etiã alteratõne circa ptem sensitiuã acq̃ritur in nobis sciẽtia vt videbitur magis in libris de anima. Non aũt propter pt fieri alteratio in pte intellectiua cum sit indiuisibilis: et sic non ẽ susceptiua mot': qui requirit subiectum diuisibile. Ipsa etiã qr indiuisibilis iã nõ ẽ pñs localiter alicui agenti naturali: qr non replet locum. Agens aũt phisicum nõ ẽ actiuum nisi in passum localit' sibi pñs. Sensus aũt per oppositum põt dici alterari rõe organi qd est q̃tum et diuisibile et pñs localiter agenti naturali. Sic exponit scotus hunc textum .15. q. quolibetoꝝ. ⁊c.

D Dubitabit aũt Ca. III.

aliquis. Quia p. pbando ꝙ ẽ deuenire ad motorẽ immobilẽ supposuerat motus ⁊ mobilia esse comparabilia adinuicẽ: ideo hic consequẽter agit d cõparatõne motuũ. Circa qd pmittit tres conditõnes que requirũtur ad hoc ꝙ aliqua pñt adinuicẽ compari. Prima conditio ẽ ꝙ nõ sint equoca. Cũ qr acutum in magnitudinib' saporibus et sonis dr equiuoce: ideo hmõi acuta nõ sũt cõparabilia adinuicem. Non enĩ est compabile vtꝝ stilus sit acutior vino. Propter quod dicẽdũ ꝙ alr dicitur corpus acutũ alr sonus: alr sapor. Acutum enĩ in corporibus opponitur obtuso. Acutũ in saporibus opponit dulci vel amaro. Acutum in sonis opponit graui. Secũda cõditio ẽ ꝙ optet ꝙ compabilia adinuicẽ habeant idem subiectum primũ propter tamẽ alietatẽ subiecti remoti non impeditur compatio. Equus enĩ et canis sũt compabilia: vtꝝ vnus sit albior altero. Nam licet equ' et canis differant spẽ ⁊ sic subiectũ remotũ albedinis sit aliud ⁊ aliud: pmũ tñ eius subiectũ ẽ idẽ scʒ ipa superficies. Tertia conditio q̃ reqrit ad hoc ꝙ aliqua sint compabilia adinuiceʒ est ꝙ sint eiusdẽ nature siue eiusdẽ spẽi. ¶ Ex his pmissis oñdit arist. ꝙ nõ oĩs motus ẽ oĩ motui compabilis: sed solum adinuicem compantur motus q̃ sũt eiusdem speciei. Unde dicit ꝙ motus circularis et rectus nõ sũt adinuicem cõparabiles: tũ qr drũt spẽ: tum etiã qr linee super quas sunt hmõi motus drũt specie. Linea enim vlis ẽ genus ad lineam rectam ⁊ lineã circularẽ. Dicit ergo ꝙ vnitas generis nõ sufficit ad compatioẽ aliquoꝝ adinuicem: qr latẽt equiuocatões in generibus. Propter qd sciendũ ꝙ licet genus sit vniuocũ suis specieb' vniuocatõne logica: qr scʒ dicit vnũ nomen et vnã rõem ⁊ diuisionẽ cõem illis: sicut diuisio animalis. scʒ ꝙ aĩal ẽ substantia animata sẽsibilis equo boui ⁊ hmõi: h' tamẽ nõ obstãte genus ẽ equiuocũ equiuocatõe phisica. qr generi nõ correspondet vna natura sed plures. Sola aũt species specialissima ẽ vniuoca vniuocatõe phisica. Inter illa ergo que drũt spẽ nõ põt

fieri comparatio. ¶Ad euidentiam aũt huius notandũ ꝙ compatio attẽdit̃ inter habentia aliquã vnitatẽ adinuicẽ. Unitas aũt aliquoꝝ dupliciter põt acci pi: vel ſm ꝓportionem: vel ſm ꝓportio nabilitatẽ. Illa ṽo vnitur ſm ꝓporti onẽ q̃ ad ſe habẽt aliquã habitudinẽ vl' compationẽ quantitatiuã. Nam ꝓpor tio ẽ duarũ quantitatũ alterius ad alte ram certa habitudo. Ex quo apparet ꝙ nõ eſt ꝓportio niſi inter ea q̃ ſũt eiuſdẽ rationis tñt. Numeri eñt ad ſupficiẽ vel vel lineę ad corpus nõ eſt ꝓp͛ie ꝓportõ ſed lineę ad lineam: ſuperficiei ad ſupfici em põt eſſe ꝓportio dupla vel tripla: et ſic de alijs. Secũdo põt ſeruari vnitas aliquoꝝ ſm ꝓportionabilitatẽ: et hoc ñ eſt reꝝ ad ſeiuicẽ ſed ꝑ compatõem ad alia. Eſt eñ ꝓportionabilitas vt tradit euclides quinto geometrie: quedam ſilĩ tudo ꝓportionũ quare nõ eſt incõueniẽs ſm ꝓportiõabilitatẽ ſeruari vnitatẽ in ter res diuerſoꝝ generũ: et inter ea q̃ nõ ſũt eiuſdẽ rõis: ꝓpter hoc licet nõ ſit ꝓ portio numeri ad ſupficiem põt tamẽ in ter talia eſſe ꝓportionabilitas .i. ſimili tudo ꝓportionũ. q: ſicut ſe habet vna ſu perficies ad aliã: ſic ſe habere põt vnus numerus ad aliũ. Ex hoc aũt apparet ꝙ cum compatio p̃ſupponat aliquã vnita tem: et ſit duplex vnitas: ſcʒ ꝓportõnis et ꝓportionabilitatis: duplex põt eẽ cõ patio: ſcʒ ſm ꝓportionẽ et ſm ꝓportio nabilitatẽ. Uerũ q: vnitas ꝓportõis di cit habitudinem rerũ ad ſeinuicẽ et ſm ſe. Unitas ṽo ſm proportionabilitatẽ dicit habitudinẽ reꝝ ꝑ comparationẽ ad alia et nõ ſm ſe. ideo que ſũt compabi lia ſm ꝓportionẽ ſũt compabilia ꝓp͛e. Sʒ que ſunt compabilia ſm ꝓportõna bilitatẽ ſunt compabilia abuſiue et im ꝓpꝛie. Here ergo vniuoca vniuocatõne phyſica ſũt ꝓp͛ie compabilia et ſm pro portionẽ: q: inter talia ad ſeinuicem po teſt eſſe certa et determinata habitudo. Illa aũt que ſũt tñ vniuoca vniuocatõe logica ſunt compabilia large et ſm pro portionabilitatẽ: q: licet inter talia non poſſit eſſe ꝓp͛ie proportio: ẽ tamẽ inter ea ſimilitudo ꝓportionũ. Que aũt ſunt pura equiuoca equiuocatõue logica ſm ꝙ huõi nullo mõ ſunt compabilia: cuʒ talia nõ dicãt niſi ſolã vnitatẽ uoĩs. hñt eñ ſolã vocẽ cõem. ¶Notandũ inſuper ꝙ licet ꝓportio ſtricte ſũpta ſepe ſumat̃ a doctoribus ꝓ habitudĩe reꝝ eiuſdẽ ge neris q̃ in quadã cõmenſuratõe cõſiſtit: ſm quam exceſſũ aliquotiẽs ſumptũ red dit excedens. ꝓportionabilitas ṽo ꝓ ſi nuli habitudine rerũ alterius generis. Aliqñ tamẽ vnũ ſumit̃ ꝓ reliquo. Anʒ ꝓportõ large põt ſumi ꝓ quacunq; habi tudine vbi etiã eſt conuenientia ſolum ſm analogiã. ¶Explicit ſeptim⁹. p.

# Incipit octau⁹ phiſicoꝝ.

Aruʒ aũt factus ſit aliquando motus. ¶In hoc octauo libro oſtendit. p. mo tum eẽ eternũ. Circa qð duo facit. Primo ꝓbat motum non incepiſ ſe ſʒ eſſe eternum. Secũdo ex eternitate motus inueſtigat conditões p̃mi mobil' et p̃mi motoris. Secunda ibi principiũ aũt conſideratõis. Circa primũ dicit ꝙ motus eſt eternus q̃ eſt quedam vita om nibus ſubſiſtẽtibus naturaliter. Quod quidẽ põt intelligi de motu in cõmuni t' etiã de motu celi a quo oñis motus de pendet: q̃ quidem dicitur vita quedã na turalibus: q: omnia naturalia per huõi motũ ſubſiſtũt et accipiũt eſſe. Dicit aũt ariſto. ꝙ non optet ꝓbare motum eẽ: ſʒ bene cõgnit ꝓbari ei⁹ eternitatẽ: q: ex eternitate mot⁹ ꝓbat̃ p̃m p̃ncipiũ eẽ. Hº aũt ꝓbat ariſto. in hoc octauo: et in. xij. metaphi. tñ ſupuacue: vt cõiter dicitur. Illud enĩ dicit̃ ſupuacue qð ſiue ponat̃ ſiue nõ. nihilominus habetur intentũ. Si igit̃ ponam⁹ motũ eſſe eternũ opor tet primũ principiũ eſſe qð ſit cauſa eter nitatis. Si ṽo ponamus motũ incepiſ ſe: neceſſe ẽ p̃mũ p̃cipium eſſe: q: oñe principiatum indiget aliquo principian te. Nõ ḡ indigem⁹ eternitate mot⁹ ad in ueſtigandũ p̃mũ principiũ eẽ. Ph. igit̃ ꝓbat motũ ⁊ temp⁹ nunq̃ incepiſſe neq; deſinere: ⁊ hoc multis rõibus: de quib⁹ ad p̃ns ſupſedeo: q: nõ ſũt ṽe rões ſed ſophiſtice: et hñt ſolui a doctorib⁹ theo

logicꝫ q̃ ſm fidem catholicã et ſm rei ve-
ritatem ponũt principium et finez ⁊ celi
et motus eius ac etiã tẽpis.

## rincipiũ aũt Capĩm.II.

Poſtq̃ .p. ꝓbauit mõi eter nita
tẽ eẽ. in illa pte ex his que dixe-
rat inueſtigat q̃ digna attribuenda ſunt
motori pmo ordinãs quodãmõ totũ ſe-
quentẽ libꝝ in laudẽ ipius. Primo aũt
mouẽti attribuendũ ẽ ꝙ ſit mouẽs om-
nia: et ꝙ ſit quid inmobile: ꝙ ſit vnum
et ppetuũ: ꝙ ſit impti bile et infinitum.
Tria ergo facit: nã pmo oñdit mouẽs p
mũ eſſe mouẽs oĩa: ⁊ inmobile. Secũ
do declarat ipm eẽ vnũ et ppetuũ. Ter-
tio ꝓbat ipm eẽ imptibilem et infinitũ.
Secũda ibi: Qm̃ aũt oportet eſſe ſemp
motum. Tertia ibi Qm̃ aũt hoc neceſſe
eſt eſſe imptibile. ¶ Ad euidentiã autẽ
prime ptis ſciendũ ꝙ ſi ꝓbare volũn⁹
primũ motorẽ mouentẽ oĩa eſſe inmobi
lem: optet primo nos ſcire quõ mot⁹ re-
peritur in entibus. Nam p viã mot⁹ .p.
naturalis deuenit in cognitionez primi
motoris. Secũdo optet nos ſcire ꝙ per
ſe et primo nihil a ſeipſo mouetur: ſꝫ om
ne qḋ mouetꝛ mouetꝛ ab alio. ¶ Quantũ
ad primũ dicit .p. ꝙ aliqua ſp mouentꝛ:
vt corpa celeſtia: aliqua ſp quieſcũt: vt
terra. Reliqua vo medio mõ ſe habẽtia
aliqñ mouẽtur: aliquando quieſcũt. nõ
ergo oĩa ſp quieſcũt vt poſuerat meliſ
ſus: nec oĩa ſp mouent̃ur: vt poſuerat era
clitus. ¶ Quantũ ad ſecũdũ oñdit ariſ.
ꝙ omne qḋ mouetꝛ ab alio mouetꝛ. Pro q̃
ſciẽdũ ꝙ hoc alr̃ oñditur hic et alr̃ i. vij.
libro pħ. qḋ .p. nõ ẽ nugatorius. In ſep
timo eñ hoc fuit oñſum de motu ĩ cõi: h
aũt deſcendendo ad ſpẽales mõs mot⁹.
Motus aũt duplex ẽ: ſcꝫ naturalis ⁊ vi-
olentus. Naturalis etiã duplex eſt: ſcꝫ:
animatoꝝ et inanimatoꝝ. Primo autẽ
oſtendit in motu violento ꝙ omne quod
mouetur ab aliquo mouetꝛ dicẽs ꝙ hoc
eſt manifeſtũ cũ motus violẽtus ſit a pn
cipio extrinſeco. Violentũ enĩ eſt cuius
principiũ eſt extra. Deinde oñdit hoc ĩ
motu animaliũ. In animalib⁹ eñ ẽ acci-
pere p ſe mouẽs ſcꝫ aĩam et p ſe motum
ſcꝫ corp⁹. Unde dicit .p. ꝙ anima ſe ha-
bet ad corpus ſicut nauta ad nauẽ. ppẽ
quod ſciendũ ꝙ nauta ad nauim et aĩa
ad corpus ſe habẽt ſimiliter et diſſimilr̃
Hñt enĩ ſe ſimiliter: qꝛ ſicut nauis ẽ p ſo
mota: ⁊ nauta p ſe mouẽs: ſic corp⁹ ẽ p
ſe motũ et anima p ſe mouẽs. Et ſic nau
ta mouẽdo nauez mouet ſeipm p accñs:
ſic anima mouẽdo corpus mouet ſe p ac
cidens. Diſſimiliter aũt ſe habẽt: qꝛ ex
aĩa et corpe fit vnũ p ſe: nõ aũt ex nauta
et naui. ¶ Ulterius hoc idẽ oñdit ariſt.
in motu inanimatoꝝ: vt in motu grauiũ
et leuiũ: vbi vt dicit ariſt. eſt maxime du
bium. Iſta aũt lr̃a ſic exponitur a Seo.
diſ. 2. 2. ſen. Primo eñ ꝓbat .p. q̃dru-
pliciter ꝙ graue non mouet ſe: Tum qꝛ
graue nõ eſt animal. Mouere aũt ſe ꝓp
um eſt animatoꝝ. Tum qꝛ ſi graue poſ-
ſet mouere ſeipm: poſſet facere ſtare ſeip
ſum. Illud eñ mouet ſeipm in cui⁹ po-
teſtate ẽ mouere vel nõ mouere. Nõ eſt
aũt in ptãte grauiũ vel leuiũ mouere vl̃
non mouere ſeipm. Tum qꝛ motus quo
aliq̇d ſe mouet ẽ ad plures drũas poſi-
tionis: grauia aũt et leuia nõ pñt ſe mo-
uere motibus diuerſis. Tum qꝛ omne qḋ
mouetꝛ ex ſe habet ptes diuerſarũ ratio-
nũ: qꝛ ẽ diuiſibile in mouens ⁊ motum q̃
ſm ꝙ hmõi in vnã rõem nõ coincidũt.
Graue aũt eſt q̇d cõtinuũ et einſdẽ ratio
nis in toto ⁊ in ptib⁹. ¶ In oppoſitũ .p.
ſoluẽs hãc dubitatõem dicit ꝙ potẽtia
dr̃ multipliciter. Diſtinguit aũt poten-
tiã ad actum. Primũ q̃ ẽ potẽtia eẽntia
lis: vt ẽ poñ ad ſciaꝫ. Et potẽtiã ad actũ
Scðꝫ q̃ ẽ poñ aceñtalꝛ: vt hĩta ſcia hõ ẽ ĩ
poñ accñtali ad actualẽ ↄſideratõnẽ. Ap
plicã⁹ igitꝛ ad ꝓpo^{m} dt ꝙ frigidũ ẽ ĩ po-
tẽtia calidũ. i. in poñ eẽntiali vt fiat cali
dũ: vt cũ ex aq̃ gñatꝛ ignis. Cũ aũt muta
tũ fuerit ĩ calidũ et iã ẽ ignis ẽ in poñ ac
cidẽtali ad cõburẽdũ ita ꝙ ardet niſi ali
q̇d impediat. Iſta etiã dicit de grau et
leui. Leue eñ fit ex graui. vt ex aq̃ fit aer
vel ignis. Cũ aũt eſt iã leue opabitꝛ mox
niſi impediatꝛ. Intẽdit ergo dicere ꝙ ſicẽ
ignis hñs calorẽ vt actum primum vere

et effectiue ſe habet ad caleſa ctōem que eſt operatio eius: ita ignis actu exiſtens leuis effectiue ſe habet ad eſſe ſurſum. Idem etiā dicit. 4. phiſi. ca. de vacuo. q2 ſm grauitatē et leuitatē erūt actiā: ſ3 ǀo durū et molle erūt paſſiua. ¶ Si contra hoc dicas: q2 ſecūdo de generatōne ariſt. enumerans qualitates actiuas excludit g̃ue et leue a q̃litatib⁹ de actīs ꝛ paſſiuis. Dico q̄ ariſt. nō ꝯdicit ſibi: q2 al'r loq̃tur de actōe et paſſione in ii. phiſicoꝝ et in li. de generatōe. Sic eñi in libro phiſi. loquit̃ de motu in generali: in li. de gñatōe de motu ad formā. Sic ī libro phiſico. loq̃tur de actōne in cōi: ꝛ ſic grauia et leuia hn̄t principium agēdi et patiendi reſpectu motus localis. In li. aūt de generatōe loquit̃ de actōe ad formam: et ſic grauia et leuia nō hn̄t principium agendi et ꝓducendi aliq̄d ſm formā: nec principiū patiēdi ab aliq̄ agēte. Ad hoc eſt ratō talis: Omnis effect⁹ q̄ū cauſat̃ h3 cām in actu: hoc pt3 ex ſecūdo phiſi. vbi dicit̃ q̄ cauſa efficiēs in actu et cauſatū in actu ſimul ſunt et non ſūt: ergo cū deſcēſus grauis ē in actu aliquid eſt cauſans in actu. Nō eſt aūt tūc in actu a remouēte ꝓhibens: q2 tale mouens vt hic dicit ariſt. eſt quaſi mouens p accñs ꝛ p̄ter mouens p accñs oportet dare mouēs p ſe efficiēs: q2 om̄e p accidens habet reduci ad p ſe: nec illud pōt poni generās: q2 tūc pt nō eſſe. Oport3 igit̃ dare aliq̄d intrinſecū graui. Grauis ergo ſiue forma grauis ē principiū actm̄ ad vbi deorſum. Propter tñ. p. declarādum ſciendū q̄ motus ex ſe nō ē naturalis p hoc q̄ mobile habet principiū actiuum in ſe: ſed ſm q̄ habet in ſe principium paſſiuū intrinſecū ad motū. Ih⁹ patet: q2 ia3 aliquid moueẽ naturaliter: q2 moueẽ ſicut aptū natū eſt moueri. Et h⁹ eſt q̄ dicit. p. querēs quare graue et leue mouentur in ipſoꝝ loca. Reſpondet̃ q̄ apta nata ſūt ibi eē: q2 habēt inclinationem naturalem ad illud vbi. Et hoc poſtea ſubdit q̄ habēt p̄ncipiū patiendi ꝛ non faciendi: ſc3 reſpectu motus in q̄ntum naturalis. Per hoc patet ad auctoritates. Nam prime tres que habēt vnā viā oſtendūt graue non mouere ſe ſicut agens per cognitionē. Nō eīn poſſ3 animal ſiſtere nec ſe mouere nec dirigere niſi ageret per cognitionem. Ex hoc ſatis patet ꝓpoſitū phi: q̄ iſta nō ſūt p̄ſo motiua. nā primū mouēs mouet p cognitionē. Quarta ratio bene ꝓbat q̄ vna ps grauis exñs in actu non cauſat motū in alia pte: hoc tamē nō obſtante totū3 graue eſt in actu ſm actum primū: et cauſat in ſe actum ſecūdū. Sed ſi obiciatur. p. Si concedat graue et leue ſic moueri a ſe effectiue licet nō p cognitionē quō habet principale ꝓpoſitū ſuū q̄ ita neceſſario moueant̃ ab aliquo qđ intendit p̄ncipaliter ꝓbare. Dico q̄ ſatis hoc hab3 ex diſtinctōe poñe. Iſta eñ nō reducunt ſe de poñ ad actū niſi prius fuerit reducta de potentia ad actum primū. Sequitur igitur q̄ om̄e graue et leue licet moueat ſe effectiue de potentia ad actum ſecundū tamē mouetur ab aliquo alio extrinſeco: ſc3 a generāte de potentia prīa ad actum primū. Non eñ opꝫt ſi omne qđ mouetur ab aliquo mouetur q̄ ī om̄i motu moueatur ab alio. Et ſufficit p̄ho primū: q2 p hoc deuenitur ad aliqđ aliud ab omnibus iſtis quod nec ī vno motu nec in quocūq3 poterit moueri ab a°: ſed erit omnino mouens inmobile cū nō ſit ꝓceſſus in infinitū in mouentibus et motis. Hanc materia3 diffuſius tractat Scotus vbi ſ. Q aūt nō ſit ꝓceſſus in infinitum in mouentibus et motis ſiue ī quocunq3 genere cauſarū oſtendetur 2° metaphi. capitulo ſecundo.

## Capitulum. III.

Quoniam aūt oportet.

In iſta incipit determinare de vnitate perpetuitate infinitate et impartibilitate primi motoris: de quibus p nūc pertranſeo: q2 iſta habent magis videri in theologia. Solum ad preſens tractabo ď duobus que hic tāgit. p. q̄ūo. ſ. motus localis eſt prim⁹ motuū. Et de quadam queſtione quā mouet. p. circa motum. Quantum ad primum oſtendit. p.

cunqꝫ alia que reducuntur ad iſta cuiuſ
modi eſt cōtrarietas. Nā ꝯtrarietas eſt
quedam differentia eoꝝ que maxime di
ſtant in eodem genere: ⁊ ſic eſt quedā al
teritas ſiue diuerſitas. Itē hoc idē ꝓ
bat quia illi⁹ ſcientie eſt cōſiderare paſſi
ones entis: cui⁹ eſt cōſiderare ens inq̄
tū ens: Sꝫ ꝑdicta ſūt ꝑ ſe accidētia en
tis ⁊ vni⁹ ḡ cōſideratio eoꝝ ꝑtinet ad
phm ꝑmū ⁊ ꝑ eādem rationē ꝑtinet ad
eū etiā cōſiderare d priori ⁊ poſteriori to
to ⁊ ꝑte ēt qꝛ ī h⁹ ſūt accidētia entis inq̄
tū ens. Dicit ariſ. q ad metaphiſicā ꝑti
net determiāre ꝯ negatiōe ⁊ ꝑuatiōe cū
habeat determiare ꝯ vno qd vnū dicit ne
gationē vel ꝑuationē diuiſiōis. ¶ Diſti
guit autem duplicem negationem: que
dam eñi eſt negatio ſimplicit et extra ge
n⁹ ꝑ quā abſolute dr q hoc nō eſt illud.
Alia ē negatio ī gñe ꝑ quā aliq̄d negat

nō abſolute ſ; intra metas alicuiꝰ gene-
ris ſicut cecū dicit̄ qđ nō habet viſū: nō
tñ omne qđ nō habet viſuȝ eſt cecū: ſed
ī genere aīaliū qđ natū eſt hr̄e viſuȝ. vn
de negatio extra genus poteſt verificari
tam de nō ente ꝙ de ente: qđ nō eſt na-
tum habere affirmationē tā etiam de en
te qđ eſt natum habere ⁊ nō habet. Un
de tā chimera ꝙ lapis ꝙ etiā homo pōt
dici nō videns nō ſic de priuatione que
eſt negatio in genere: qui nō omne non
videns poteſt dici cecū ſed ſolum qđ na
tum eſt habere viſum. Negatio quā im
portat vnū cū ponat ſubiectū non eſt ne
gatio extra genus ſ; ī genere: alias non
ens poſſet dici vnū. Importat aūt vnuȝ
negationē diuiſionis nō quidē q̄ntitati
ue cū iſta ſit determinati generis: ſed di
uiſionis formalis que fit ꝑ oppoſita cuiꝰ
prima radix eſt oppoſitio cōtradictoria:
Nam illa diuidunt̄ adinuicē que ſic ſe
habent ꝙ hoc nō eſt illud. ¶ Congruit
autē. Dicit etiā cōſequēter ꝙ ad meta-
phiſicā ꝑtinet conſiderare de primis p̄n
cipijs demōſtrationis. Cuiꝰ ratio eſt q:
cum ad ipm ſpectet determinare de en-
te inquātū ens habet etiā determinare
de his que inſunt omnibꝰ entibꝰ ⁊ non
ſolum alicui generi entiū: ſed prima p̄n
cipia ſunt hmōi cum his vtant̄ omnes
ſcientie particulares ad ipm metaphiſi-
cū ꝑtinet tractare de hmōi principijs p̄-
mis. Huiuſmodi aūt principia non poſ-
ſunt ꝑ alia demonſtrari cū ſint ꝓpoſitio
nes p ſe note. ¶ Pro quo notandū ꝙ ꝓ
poſitiones ꝑ ſe note ſunt que ſtatim no-
tis terminis cognoſcunt̄: vt dicit̄ primo
poſteriorȝ. Contingit aūt aliquā ꝓpoſi-
tionē quātū in ſe eſt eſſe ꝑ ſe notā: nō tñ
eſſe ꝑ ſe notā omnibꝰ q: videlicet igno-
rant diffinitionem predicati ⁊ ſubiecti.
Unde boetius dicit in libro de ebdoma
tibus ꝙ quedā ſunt ꝑ ſe nota ſapienti-
bus que nō ſunt ꝑ ſe nota omnibus. Il
la aūt ſunt ꝑ ſe nota omnibus quorȝ ter
mini in ꝯceptione oīm cadunt: hec autē
ſunt cōmunia eo ꝙ noſtra cognitio a cō-
munibꝰ ad minꝰ cōia ꝓcedit: vt dicit̄ ī p

mo phiſicorȝ. Et ideo iſte ꝓpoſitiones
ſunt principia demonſtrationis prima
que cōponūt̄ ex terminis cōmunibus vt
totū eſt ꝑs ⁊c. ſicut totū eſt maiꝰ ſua ꝑte
que vni ⁊ eidē equalia inter ſe ſunt eq̄-
lia: ⁊ ſic de alijs. Et quia hmōi termini
cōmunes ꝑtinent ad cōſiderationē me-
taphiſici: ideo huiꝰ principia ſunt de eiꝰ
cōſideratione. Determinat aūt ea p. nō
demonſtrando ſed rationes terminorȝ
tradēdo: vt quid ſit totum eſt q̄d pars:
hoc aūt cognito veritas hmōi principio
rū vt nota relinquit̄. Dicit aūt ꝙ ad ip-
ſum maxime ꝑtinet ꝯſiderare de primo
principio ſcȝ impoſſibile eſt idē ſimul eē
⁊ nō eſſe qđ eſt certiſſimū ⁊ firmiſſimuȝ
Cum q: terminis cognitis neceſſe ē ip-
ſum venire in mēte ſeu cognoſci. Cum
q: non eſt cōditionale: nihil eñ prius p̄
ſupponit ad ſui cognitionē niſi ꝯgnitio-
nē entis: alia aūt p̄ſupponunt iſtud. Si
cut eñ nō poteſt ꝯgnoſci totū ⁊ ꝑs niſi
ente ꝯgnito ita nec illud pricipiū omne
totuȝ eſt maius ſua ꝑte: niſi iſti ꝯgnito
qđ habet cōponi ex ente. Cum quia de
hmōi principio nō ꝯtingit dubitare: lȝ
eī eraclitꝰ dicat oppoſitū huiꝰ pricipij ta
mē hoc nō eſt opinatus. Non eñ eſt ne-
ceſſariū ꝙ quicq̄d aliquis dicat hoc mē
te ꝯcipiat vel opinet̄. Si eñ eraclitus
crediſſet eſſe idem laborare ⁊ nō labo
rare nunꝙ laboraſſet ſed ſemꝑ quieuiſ-
ſet. Si etiā opinatus eſſet eſſe idē verbe
rari ⁊ nō verberari verberantē ſe nō in-
crepaſſet. ¶ Si autē cōtra hoc Arguat̄
ꝙ videlicet contingat ꝯdictoria opinari
q: ꝯtingit ſcire in vli ⁊ ignorari in ꝑticu
lari ex ſcđo priorum. ſed illud ꝑticula-
re eſt cōtradictoriū vlis ſciti vt omnem
mulā eſſe ſterilē et aliquā non: ergo ⁊c.
Ad hoc eſt dicit̄ ꝙ ꝯtingit ſciri in vli ig
norando in ꝑticulari. Dicendū ꝙ verū
eſt qñ neſcit̄ illud ꝑticulare ꝯtineri ſub
illo vli: ſed ꝓpter hoc non ſciunt̄ cōtra-
dictoria. Nō eī opinor ꝯdictionē niſi
opinarer hāc mulā ꝯtineri ſub mula: ⁊
hoc nō facio: vt ſupponit̄: q: ſi opinarer
hanc mulā ꝯtineri ſub mula impoſſibile

 28

eſſet ignorare hanc mulam eſſe ſterilem ſi habeatur ſcientia de mula in vlr.

**Volunt autem hoc demõſtrare**

¶ Alterius dicit. p. q͛ huiuſmõi pͥncipium nõ põt demonſtrari: quod pbat p hoc q͛ nõ om̃ia ſũt demonſtrabilia: ſi eñ omnia demonſtrarentur cũ idẽ p ſeipm̃ non demõſtretur ſed p aliud: opteret vel eſſe circulum ĩ demõſtrationibus: qđ eſſe nõ põt: q2 ſic idem eẽt noti⁹ ⁊ minus ignotũ. vt patet pͥmo poſterioꝝ. Vel opteret pcedere in infinitum: ſ3 ſi infinitũ pcederet nõ eſſet demõſtratio: q2 quelibet demonſtratiõis concluſio redditur certa p reductionem eius in primũ demõſtrationis principiũ: quod nõ eſſet ſi ĩ infinitu3 demõſtratõ in ſurſum pcederet. pat3 igitur q͛ nõ om̃ia ſũt demõſtrabilia. Si autẽ ſunt aliqua nõ demõſtrabilia hmõi ẽ maxime primum principiũ. Licet igitur hoc principium nõ poſſit demonſtratiue pbari cum non ſit aliud principiũ eo notius: tamẽ põt hmõi pͥncipiũ pbabiliter oſtendi ex datis et cõceſſis ab his qui dicũt oppoſitũ hmõi primo principio: que licet non ſint notiora ſimpliciter huiuſmodi principio: tñ ſũt quid ſũt notiora inquantũ cõcedũt ab his q̃ huiuſmõi pͥncipio cõtradicũt. ⁊ hoc mõ arguit. p. cõtra ponentes oppoſitũ primo pͥncipio.

**Eſt aũt alia opinio pithago:**

Inſup arguit idem cõtra opinionẽ pitagore q̃ ponebat om̃ia q̃ videntur alicui eẽ vᵃ. Ex qua poſitione ſequit cõtradictoria ſimul eſſe vera. Conſtat eñ q͛ illi qui habent diuerſas opiniões quoꝝ quida3 ſũt mentientes et q̃dã veꝝ dicẽtes: opinantes ſibijnuicem oppoſita. Si ḡ omnia que apparent ſunt vera oppoſita ſũt ſimul vera. Iſta aũt opinio que põit om̃ia q̃ apparent eſſe vera ex hoc ortũ habuit: q2 de eiſdem ſenſibus inueniuntur contrarie opiniones diuerſoꝝ. Id enĩ quod aliquibus videtur dulce alijs videtur amaru3. Similiter id quod nũc videtur alicui dulce alijs videt amarũ: vel eide3 alio tempe. Nec videbatur ipis qđ poſſet aſſignari certa ratõ per quam fiet manifeſtum que opinionum iſtarũ ſit vera ⁊ que ſit falſa. et q2 non minus vna earum videtur vera vni q̃ alia alteri: ⁊ ideo oportet q͛ equaliter ſint vere vel equalit̃ ſint falſe. Et ideo dicit democritus: Aut nihil eſt determinate verum in rebus: aut ſi q̃d eſt verum nõ eſt nobis manifeſtu3. Sed hec rõ parũ valet: q2 eñ aliqua videntur amara infirmis et dulcia ſanis: hoc eſt q2 ſani habent organa ſenſuum bene diſpoſita: et idõ ſpecies ſenſibiliũ in eis recipiunt put ſunt: et ppter hoc verum eſt iudiciu3 ſonoꝝ de ſenſibilib⁹. Organa aũt infirmorum ſunt indiſpoſita. vnde non cõiter mutant a ſenſibilibus. ⁊ ppter hoc eorum iudicium de eis nõ eſt rectum: vt patet in guſtu: cuius organum quia in infirmis corruptis humorib⁹ eſt infectum ea que ſũt boni ſaporis inſipida videntur in eis. Similiter verius ẽ iudicium ſenſus de viſis in ppinquo q̃ a remotis: quod idõ ẽ: q2 virtus agẽtis q̃to plus in remotis porrigitur: tanto eſt eius effectus debilior. Ignis eñ minus calefacit que diſtãt q̃ que ſũt appĩqua. Sicq3 color nõ ita pfecte mutat diaphonum in remoto ſicut in ppinquo. ¶ Arguit aũt ariſto. contra hãc opinionẽ ſic. om̃e apparens eſt verum: nec aliquid eſt verum niſi ex hoc ipſo q2 eſt ſenſui apparens vel opinioni res non habebunt eſſe niſi p relationem ad ſenſum vel opinionem: et ſic om̃ia erũt ad aliquid: cum eẽ eorum non ſit verum niſi per reſpectum ad ſenſum vel opinionẽ: hoc aũt ẽ manifeſte falſum. Concludit igit̃ phs q͛ cum impoſſibile ſit contradictoria verificari de eodẽ reſpectu eiuſdẽ manifeſtum eſt q͛ nec etiam cõtraria eidem ineſſe poſſũt q2 in cõtrarijs nõ minus alteꝝ eoꝝ ẽ priuatio q̃ in alijs oppoſitis. Licet enĩ in contrarijs quodlibet eoꝝ ſit aliquid poſitiuum qđ nõ ẽ ĩ negatõe et affirmatiõe priuatione et habitu: alterũ tñ eoꝝ ẽ imperfectum reſpectu alterius: ſicut nigrũ reſpectu albi: et amarũ reſpectu dulcis. ⁊ ſic habet priuationem quandam adiũ

etiam: priuaº aũt eſt aliqua negaº. Sicut igitur patet ꝙ contrarium includit ꝓuationem: et ꝑ conſequēs negatõnem. Si igitur impoſſibile eſt affirmare ⁊ negare ſimul idem de eodem: ſimiliter impoſſibile eſt contraria ſimul ineſſe eidem ſimpliciter. Sed ſi ambe inſunt hoc erit ſm quid. Ex hoc patet ꝙ contradictio includitur in contrarietate et priuatõne. Et ſimiliter pt dici de relatiue oppoſitis. Sicut eñ nigrum eſt non album: ita filius eſt non pater vt ſic.

Verũ inter ꝯtradictõꝫ nihil eſſe contingit: ſed neceſſarium ē aut dicere aut negare. ¶ Dicit ꝯſequēter. p. ꝙ ſicut cõtradictoria non poſſũt ſimul eſſe vera: ita nihil põt eſſe mediũ intˀ ꝯdictõnē ſed de vnoquoqꝫ neceſſariũ ē affirmare aut negare. Reprobat etiam. p. ī hoc quarto opinionē eracliti ac eius ſeqciuꝫ ponentiũ oĩa ſemꝑ eſſe ī motu: ⁊ iõ nihil eſſe verum. Pro qua opinione ad tã tã demētiam deuenit quidam eius diſcipulus nomine tralus ꝙ opinatus eſt ꝙ non oportebat aliquid verbo dicere ſed ad exprimendũ quod volebat mouebat ſolum digitũ. et hoc ideo: qꝛ credebat ꝙ ꝟitas rei quã volebat enunciare ꝑº tranſiret ꝙ orõ finiretur. Predicte aũt opiniones ex hoc venerũt qꝛ neſciuerũt aliqͣs rationes ſophiſticas ſoluere: Tũ etiam qꝛ voluerũt habere rões demõſtratiuas ad omnia ꝓbanda et maie cuꝫ principij demõſtratõis non ſit demõſtratio. Finaliter ꝓbat. p. ꝙ ad priᵐ phm ſpectat diſputare cõtra negãtes principia aliarum ſcientiarũ. qꝛ oĩa principia firmantur ſuper illud ꝙ affirmatio ⁊ negatio nõ ſũt vera de eodem ſimul: et ꝙ nihil ē mediũ inter illa. Iſta aũt ſũt proprijſſima huic phie prime hoc mõ cũ cõſeqũtur rõnem entis quod eſt huius phie ſubiectum.

¶ Iuxta predicta poſſet dubitari: an intˀ contradictoria cadat medium? Et arguitur ꝙ ſic: qꝛ eſſe et non eſſe ſunt contradictoria: ſed intˀ eſſe ⁊ nõ eſſe eſt medium: ſcꝫ generatio: vt ſecũdo meta. dr̃. ḡ ⁊c̃. Preterea qͣto extrema magis diſtãt: tã to ſunt plura media inter ipa: ḡ ſi infinite diſtant ſũt infinita media inter ipſa: ſꝫ ꝯdictoria diſtant in infinitum: ḡ intˀ contradictoria erũt infinita media. Probatio minoris: qꝛ oĩ finito contingit intelligere maius: ſed non contingit intelligere maiorem diſtantiam qͣ illã que eſt inter contradictoria: quia quecunqꝫ daretur illa caderet ſub contradictõne: ḡ. Preterea inter contradictoria ē mediuꝫ ꝑ abnegationem vtriuſqꝫ extremi: qꝛ ſcutũ cuiº medietas ē alba ⁊ medietas ē nigra nec eſt album nec nigruꝫ. Preterea ſi inter contradictoria nõ eſt aliqđ medium: ergo de quolibet eſt vera affirmatio vel negatio: qđ videtur eſſe falſũ. qꝛ ambe iſte ſunt falſe: omis homo ē albus: et omnis homo eſt non albus: ergo ⁊ anteccedens eſt falſum. Contra. p. in littera. Reſpondeo in iſta queſtione ſic ꝓcedam Primo ponam vnam diſtinctionē. Secundo dicam ad queſtionem. Quantuꝫ ad primum ſit iſta diſtinctio ꝙ mediũ inter aliqua pt eſſe duplex: vel ſm formaꝫ vel ſm ſubiectum. Exemplum primi ī cõtrarijs mediatis croceum que eſt forma media inter album et nigrum. Exemplum ſecũdi in priuatiue oppoſitis: lapis eñ nec eſt cecus nec ē videns. Primuꝫ mediũ ꝑticipat vtrũqꝫ extremũ. Secũdũ aũt dicitur ꝑ abnegationē vtriuſqꝫ extremi: vt patet ex textu huius. ¶ Quantuꝫ ad ſecundũ dico iſtam concluſionē ꝙ cõtradictoria nullo modo hñt mediũ. Hoc ꝓbo ſic: quandocũqꝫ alicui ineſt aliqđ ꝑ ſe: eius oppoſituꝫ nullo mõ põt ei ineſſe nec per ſe nec ꝑ accñs. Illud patet inducendo: ſed contradictioni ineſt ꝑ ſe cauſare medio ſm illud phi ꝓmo poſte. Contradictio ē oppoſitio cuius ſm ſe non eſt medium: ḡ contradictoria nullo mõ hñt medium. ¶ Sed cõtra iſtã dicem arguitur ſic: ꝙ nõ ſit ꝓpe dicta: qꝛ cõuenit cõtrarijs inmediatis que ſm ſe nõ habent medium ſaltē ſm formã. Rñdeo ꝙ dio data ē multiplex eo ꝙ negatõ ñ pt cadere ſupra ly ſm ſe vl̃ ꝑ ſe: vt ſit negatõ ꝑ

ſeitatis: et tũc ſenſus ẽ ꝙ ɔdictio ẽ oppo
ſitio cui non ineſt per ſe habere mediuꝫ:
et ſic nõ capit in hac diffinitõne. Vlꝫ põt
eſſe econuerſo: vt ſcꝫ ly ꝑ ſe vel ſm ſe ca
dat ſupra negationẽ vt ſit ꝑſeitas negati
onis: ⁊ ſic ꝑſeitas affirmat: ⁊ ſic accipit ĩ
iſta diffinitõe: ſenſus eñ eſt: contradictõ
eſt oppõ cui ꝑ ſe ineſt nõ habere mediũ:
et ſic contradictoria nullo mõ hñt medi-
um: ex quo carere medio ineſt eis per ſe.
ſed p̃mo modo ꝓut ꝑſeitas negat: ſic ca-
rere medio ɔuenit cõtrarijs inmediatis
et priuatiue oppoſitis: quatenus carent
medio ſm formam: hoc tamẽ non obſtã-
te habent mediũ ꝑ accñs ſcꝫ ſm ſubiectũ
Nam carere medio non ineſt eis ꝑ ſe vt
ly ꝑ ſe cadit ſuꝑ ly nõ hr̃e medium ⁊ eſt
ꝑſeitas negatõnis. Et iõ nõ repugnat eis
habere mediuꝫ ꝑ accidens modo p̃expo
ſito. ¶ Notandum inſuꝑ ꝙ de ratõe cõ-
tradictionis ſunt duo. ſ. ꝙ alterum nihil
ponat ⁊ alterum neceſſario inſit. Cõtra-
ria autẽ ĩmediata circa ſubiectum aptũ
natum licet habeant vnam iſtarum con-
ditionum ſcꝫ ꝙ alterum ineſt neceſſario
non tñ habent ſecundam: qr vtrunqꝫ eſt
aliquid poſitiuum. ¶ Ad primum dicen
do ꝙ nõ eſſe p̃t capi dupliciter. Vno mõ
ꝓ non ente ſimplr quod ẽ vere purum.
Alio mõ pro ente imperfecto quod ꝑ cõ
parationem ad ens perfectũ reſpectu cu
ius eſt in potentia dr non ens: vt ſemen
reſpectu animalis inde generandi. Pri
mo modo eſſe et non eſſe ſunt contradic-
toria et inter ipſa nullum eſt medium.
Secundo mõ eſſe et non eſſe non ſũt con
tradictoria: ſed ſe habẽt vt priuatio ⁊ ha
bitus: et ſic ſunt termini generationis. ⁊
iſto modo bene eſt medium inter illa: de
quo nota ea que dicta ſunt quinto phiſi-
corum. ¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ diſtã
tia eſt duplex: quedam dimenſiua: ⁊ que
dam perfectionis. prima diſtantia eſt ꝓ-
prie dicta ⁊ eſt de genere quantitatis. ſe
cunda vero eſt trãſumptiue dicta. ⁊ trãſ
fertur ad alia vt ad oppoſita. Cum ergo
dicitur ꝙ q̃to extrema diſtant tanto ſũt
plura media inter illa Dicendum ꝙ iſta
maior vera eſt de diſtantia dimenſiua et
tamen minor eſt falſa. qr contradictoria
non ſic diſtant. maior aũt eſt falſa de di-
ſtantia perfectionis. qr contraria imme-
diata maxime diſtant tali diſtantia: ⁊ tñ
nullum habent omĩno medium. Cõtra-
dictoria autem habent hanc diſtantiam
quia vnum eſt priuatio alterius: non au
tem alia de qua ratõ procedit. Ad terti-
um de Scuto dicendum ꝙ non eſt incõ-
ueniens illud ſcutum eſſe album ⁊ nõ al
bũ: qr nõ ẽ ſm idem. Vnum enim cõtra
dictoriorum ineſt ex vna parte: et aliud
ex alia: et ideo neutrum ineſt ſimpliciter
ſed vtrunqꝫ ſm quid. ¶ Contra qr tunc
medium erit inter contradictoria ſicẽ int̃
contraria inmediata. Reſpondeo ꝙ ĩ cõ
trarijs inmediatis datur ſubiectum me-
dium cui neutrum ineſt nec ſimpliciter
nec ſm quid: lapis eñ nec eſt ſanus nec
eger: non ſic de contradictorijs: alterum
enim neceſſario ineſt vel ſimpliciter vel
ſm quid. ¶ Ad vltimum dico ꝙ cõtra-
dictoriorum incomplexorum alterum ſꝑ
dicitur de vnoquoqꝫ dummodo termi-
nus de quo dicitur non accipiatur diſtri
butiue. Ratio huiꝰ eſt quia vni ſuppoſito
poteſt ineſſe vnum et alteri alterum. vñ
neutra illarum eſt vera: omnis homo eſt
albus: et omnis homo eſt non albus.
Contradictoria etiam non predicãtur d̃
quolibet cum reduplicatione. vñ vtraqꝫ
iſtarum eſt falſa homo inquantum hõ ẽ
albus: et homo inquantum homo ẽ non
albus: quia tunc de neceſſitate oĩs hõ
eſſet albus. Similiter etiam contradic-
toria non predicantur de quolibet cuꝫ ꝑ
ſe vt dicit doc. 2. di. primi ſententiaruꝫ.
Vtraqꝫ enim iſtarum eſt falſa homo ẽ ꝑ
ſe albus: homo eſt per ſe non albus. nec
enim albedo nec non albedo per ſe ineſt
homini.

## Explicit quartus liber metaphiſice.

## Sequitur quintus metaphiſice.

p

# Principium dicitur

aliud quidez vnde vtiq3 aliquid. ¶ In pcedenti li. determinauit. p. quid ptineat ad conſiderationē huius ſcientie: hic incipit determinare de rebus quas iſta ſcientia conſiderat. Et primo diſtinguit intentiones nominū que in huius ſcientie conſideratione cadūt. Secūdo incipit determinare de rebus que ſub conſideratōne huius ſcientie cadunt in ſexto libro. Cuiuſlibet aūt ſcientie eſt conſiderare ſubiectum paſſiones et cauſas: ⁊ ideo in hoc quinto pmo conſiderat vīoes nominum que conſignt cauſas. Secūdo q ſignt ſbiectum huius ſcientie vel ptem eius ibi: Vñ dr aliud. Tertio nominū que ſignificant paſſiones entis inquantum ens ꝑfectum ⁊c. ¶ Circa primum primo pōit diuerſos modos principij. Principiuz eñ dicitur qđ eſt primum aut in eſſe rei: ſicut prima pars rei dicitur principium: aut ī fieri rei ſicut cauſe extrīſece vt efficiens et finis: vel intrīſece vt forma et materia dicūtur pncipium: aut in rei cognitione: ſicut ſunt principia demonſtrationum ſeu dignitates. Principia aūt ſeu pmiſſe reſpectu concluſionis habent duplicem cauſalitatem. habent eñ ſe effectiue inquantū concluſio ē virtualiter in pmiſſis: ⁊ hñt ſe vt cā materialis inqtū termi cōcluſionis hñt eſſe in premiſſis. ¶ Conſeqnēter determinat. p. de generibus cauſarum ſcz de cauſa efficiente finali formali et materiali: de quibꝰ ſufficiant que dicta ſunt ſecūdo phiſicorum.

# Elementum vero dicitur ex

quo componitur primo inexiſtente. ⁊c. Hic diſtinguit ariſto. hoc nomē elementum dicens q hoc nomen elementū vno mō ſumitur ſtricte: alio mō cōmunius. Elemētū ſtricte ſumptū ē illud ex q res componitur quod inexiſtit compoſito: ⁊ eſt indiuiſibile in plures ptes ſpecie differētibus. elementū quoad primam ptē habet rationē cauſe materialis: quia eſt illud ex quo res componiť. Quoad ſecundam ptem diſtinguitur a priuatione que non inexiſtit rei. Quo ad tertiā partem diſtinguiť a corporibus mixtis q hñt diuidi ſeu reſolui ꝑ alteratōes in ipa elementa quattuor ſpē diſtincta: ſcz ignez aerem aquam terram. Ipſa eñ elemēta non habēt vlterius reſolui in alia ſpecie diſtincta: ſed ſolū in materiā ⁊ formam. materia aūt nullam habet ſpeciem. Ponit etiam ariſto. exemplum de lrīs q ſūt elementa ex quibus diſtinctōnes cōponunť: ⁊ in q̄s reſoluūtur. Ponit etiam exemplum ī demōſtratōibus. prime eñ demonſtratiōes in quibuſlibet ſcientijs ex quibus alia dependent dicūtur elemēta: vt in geometria dr liber elementoruz euclidis. Pōitur aūt elemētum pōt ſumi ꝑ illo quod eſt pnci^m^ in vnoquoq3: et ſic vnitas et punctus pñt dici elementa: ⁊ magis vniuerſale reſpectu minus vniuerſalis.

# Natura dicitur vno mō na-

ſcentium generatio. ⁊c. ¶ Diſtinguit vlterius Ariſtotiles plures modos nature. Natura eñ dicitur vno mō mātia. alio mō forma: qr maxime ē principium motus. Alio mō etiā diciť forma totiꝰ: vt ſi dicimus q hoīs natura ē nō ſolū anima ſed humanitas et ſubſtā quam ſignificat dīo. Alio mō diciť de ipa generatione que eſt via in naturam. ⁊ qr terminus generatōis eſt ſubſtā: quedam idō natura etiam intrinſece de qualibet ſubſtantia dicitur.

# Neceſſarium dicit ſine quo

¶ Conſequēter ponit ariſtotiles quattuor mōs neceſſarij. primo mō nccriū dr nccriū ſine q aliquid nō pt viuere aut eē q licet non ſit cauſa pncipalis rei: eſt tamen quedam cōcauſa ſicut reſpiratio. et ſi non ſit cā vite: eſt tamē cōcauſa inqn^m^ opatur ad cōtpamentū caloris naturał. Secūdo mō dr neceſſarium ſine q nō poteſt eſſe vel fieri bonum aliquod vł vitari malum: vt bibere medicinā laxatiuam qđ ē nccriū nō q ſine illo aīal eē ñ poſſit ſ3 ad malū expellēdū qđ ē infirmitas. Tertio mō dr nccrium ad qđ q̄s faciendū violenť cogiť. Quarto mō dr nccriū

ꝙ non cōtingit alr̄ ſe habere. ¶ Circa p̄dicta poſſet dubitari an neceſſaria habeant cauſam ſui eſſe. arguit̄ ꝙ ſic: q2 ſecūdo huius dr̄ ꝙ neceſſarioꝝ vel ſempiternorum ſūt cauſe. idē etiā dr̄ hic in littera ¶ Sed cōtra arguit̄ ꝙ nullus effectus ē ſimpliciter neceſſarius. Probatio hui⁹ q2 in cauſis eēntialiter ordinatis prima cauſa cauſāte cōtingēter, omnes alie cauſe cauſant cōtingēter: ſed prima cauſa q̄ ds̄ ē cauſat contingēter: q2 om̄is actō di a dextra ē contingēs: ergo oēs alie cauſe cauſant contingēter. maior patet: ſed minor probat̄: q2 effectus neceſſarius req̄rit cām nec̄riā: et quātū ad eē ⁊ quantū ad cauſare ſic ꝙ deſtructo effectu neceſſario cauſa deſtruitur vt ſtatī3 dicet̄. Si igit̄ p̄ma cā cauſaret aliquem effectū neceſſario ad deſtructionem effectus argueretur deſtructio prime cauſe: et ita eius entitas non eſſet omnino abſoluta et independēs: qđ ē abſurdū. Reſponſio in iſta qtōe: p̄mo quaſdā diſtinctiones declarabo. ſecūdo quoddā dubiū remouebo. tertio ad qtōem rn̄debo. ¶ Quantū ad primum ē iſta prima diſtinctio ꝙ neceſſaria ſunt in duplici drn̄tia: quedā ſūt complexa quedam incomplexa. Exēplū p̄mi: ꝓpoſitio neceſſaria ſiue ſit p̄ncipiū ſiue cōcluſio. Exemplū ſecūdi deus ⁊ intelligētie ſm viā phoꝝ qui poſuerūt eaſ eē quedā nec̄ria. Secūda diſtinctio ē ꝙ nec̄itas ē duplr̄: q̄dā ē nec̄iās ſimplicit̄: ⁊ quedā ē ſm qd. p̄ma dr̄ nec̄itas cōſeq̄ntiꝫ puta qñ tam añs q̄ꝫ cōſequēs ſūt neceſſaria ſm ſe. Exemplū ſi homo ē animal neceſſario ē ſenſibilis. Secūda vocat̄ neceſſitas ꝯñe puta qñ ꝯñs nō ē nec̄rium niſi poſito añte ſic tñ ꝙ tam añs q̄ꝫ ꝯñs ſunt i ſe cōtingētia. exemplū ſi hō currit mouetur. Tertia diſtinctio ſit iſta ꝙ ad h⁰ ꝙ effectus ſit neceſſarius oportet cām eſſe neceſſariā duplr̄ ſcꝫ et in eēndo ⁊ in cauſādo: q2 altero eoꝝ deficiente p̄t effect⁹ nō eſſe. Exemplū ſit a cā b. Si a nō ē neceſſariū i cāndo nec b erit effectus ei⁹ neceſſarius. q2 nō cauſante a nō erit b. Similiter ſi a nō ē nec̄riū in eēndo nec ip̄m b. q2 a nō exiſte nō ē b. Utrūqꝫ iſtoꝝ ē i cōplexis. p̄ncipia em̄ in ſe ſūt neceſſaria: et neceſſario cauſant cōcluſiones: q2 rō cauſe neceſſario cauſantis eſt ꝙ deſtructo effectu ip̄a deſtruitur: ſic eſt de principijs reſpectu concluſionis: q2 ad falſitatē cōcluſionis ſeq̄tur falſitas p̄miſſarū. Quātū ad ſecūdū articulū ē vnū dubium an i rebus ſit aliquis effectus neceſſarius: reſpōdeo ⁊ dico ꝙ ſic ſm viam phoꝝ: quia ſm eos agente nec̄rio ſecunda cā prima neceſſario agit. Poſuerūt enī ordinem et cōnexionē cauſarū neceſſariarū. Nūc ſic in cauſis eſſentialiter ſubordīatiſ vna neceſſario cauſāte alia neceſſario cauſat: ſed cauſe rerū ſūt eēntialiter ordinate et aliqua cā in rebus nec̄rio cauſat: ergo et om̄es alie neceſſario cauſant: et ꝑ conſequēs p̄ma cauſa. Maior patet q2 hec eſt vna drn̄tia inter cauſas eēntialiter ordinatas et accn̄talit̄ ordinatas vt dcm̄ fuit ſecūdo huius. ſ. ꝙ omnes cauſe eēntialiter ordinate neceſſario ſimul currunt ad cauſandum effectū: nō aūt ſic accn̄tlr̄ ordinate. minor patet q̄ntum ad p̄mam ꝑtem ex yppoteſi phoꝝ. et verum ē ꝙ ſt̄ multe cauſe eēntialiter ordinate. Secūda ps minoris patet ex drn̄ia int̄ cauſas naturales et a ꝓpoſito: q2 cauſa natural̄ neceſſario cauſat. Sed cauſa a ꝓpoſito cauſat cōtingēter. ſed tenendo viam theologoꝝ dicitur de incomplexiſ de quib⁹ nūc ē ſermo ꝙ nullus effectus ē ſimpliciter neceſſarius: qđ patet ꝑ rōem in pede qtōnis poſitā: de q̄ materia magis eſt videndū in theologia. nec rō ꝓ phīs cogit quia ſecūda ps minoris ē falſa cum dicit̄ ꝙ aliqua cauſa neceſſario cauſat. Et cuꝫ ꝓbatur ex drn̄tia cauſe naturalis a cauſa in propoſito dicendū ꝙ neceſſitas eſt duplex ſcꝫ ſm q̄d et ſimpliciter. Cauſa ḡ naturalis neceſſario cauſat neceſſitate ſm q̄d et ſub conditione: puta ſi ſit ⁊ approximetur patiēti. Iſta enī cauſatio eſt contingens ſimpliciter: ſicut et ipſa cauſa cōtingenter ē. Dicet enī ignis dum ē neceſſario calefaciat: tamen q2 ignis contingenter eſt ideo ſimpliciter contingens

cauſat. qꝛ aūt cauſa naturalis ſm̄ q̄d ne-
ceſſario cauſat: nō differt a cauſa ſeu agē
te a propoſito: quod licet ſit nō tm̄ neceſ-
ſario cauſat: ſed pōt nō agere ex eo quod
agit ex libertate voluntatis. ¶ Quantū
ad tertium articulū patet ex p̄dictis rn̄o
ad qtōem: cum em̄ nullus effect⁹ ſit ſim-
pliciter neceſſarius: neceſſaria nō habēt
cām ſui eſſe ſm̄ viam theologorū. ¶ Ad
auctoritatē aūt. p. dicendū ꝙ nō eſt reci-
pienda in ꝓpoſito cum repugnet ỽitati
theologie.

**Unum dicitur aliquod ſꝫ ac
cidens aliq̄d ſm̄ ſe ꝓ̄m.** ¶ Poſtꝙ. p. di-
ſtinxit noīa q̄ ſignt cās: h̄ diſtinguit noīa
q̄ ſignt illud qđ ē ſubiēm̄ aliq̄ mō in hac
ſcīa. Et diuidit̄ in duas ptes: primo po-
nit ſeu diſtinguit nomina q̄ ſignant ſub-
iectum huius ſcientie. ſecūdo ea que ſig
nant partes ſubiecti ibi: Adeꝫ dn̄r. Sb
iectū aūt huius ſcīe p̄t accipi vel ſicut cō
muniter in tota ſcīētia conſideratū cuiuſ
modi eſt ens et vnum. vel ſic̄ id de quo
eſt p̄ncipalis intentio vt ſuba. ⁊ ideo p̄-
mo diſtiguit hoc nomen vnū. ſecundo
modo hoc nomen ens. tertio hoc nomē
ſubſtantia. ¶ Circa primum dicit ꝙ v-
num dr̄ dupliciter: ſcꝫ ꝑ ſe ⁊ ꝑ accidens
Dicitur aūt vnum ꝑ accn̄s vel ſm̄ ꝙ ac-
cidēs cōparat̄ ad ſubiēm̄: vt homo alb⁹:
vel ſm̄ ꝙ vnū accn̄s cōparat̄ ad aliđ: vt
album muſicum. Deinde ponit quinq̄
mōs vnitatis ꝑ ſe ⁊ real̄. Prim⁹ eſt quo
aliqua dicūtur vnum cōtinuitate: vt illa
que non diuidūtur in magnitudine l' qu
titate. Secundus modus eſt q̄ aliq̄ dn̄r
vnum ſpecie. Tertius eſt vnum genere
Quartus ē q̄ aliq̄ ſūt vnum dīone: vt tu
nica ⁊ indumentū. Quintus modus eſt
q̄ aliquid penitus eſt indiuiſibile: vt pū-
ctus ⁊ vnitas: talia autē dicūtur maxīe
vnum. quod ꝓbat ex hoc: qꝛ ad hūc mo
dum omēs alij mōi reducūtur: vt ea q̄ n̄
diuidūtur in humanitate vel animalita-
te. ⁊c̄. Ex his aūt modis aliq̄ alij mōi de
riuantur. Plurima em̄ dicūtur vnum ex
eo ꝙ faciunt aliq̄đ vnum: ſicut mlti ho-
mines dicūtur vnum ex eo ꝙ trahūt na
uem. Aliqua etiam dicūtur vnum q̄ña
vnum patiūtur: ſicut multi hoīes ſunt
vnus populus ex eo ꝙ ab vno rege regū
tur: et ſic de ſimilibus.

## De proprietatibus vni⁹.

**Uni vero eſſe principiū ali
cui ē numero.** ¶ Ponit q̄ndā ꝓpetateꝫ
ꝯñem dicēs ꝙ rō vnius ꝯſiſtit in hoc ꝙ
ſit principiū alicui⁹ numeri: qđ ex h⁹ ꝓ-
bat: qꝛ vnū eſt prima menſura qua oms
numerus menſurat̄. menſura aūt habet
rationem principij: qꝛ ꝑ menſurā res mē
ſurate cogſcūtur: res autē cognoſcitur ꝑ
ſua ꝓpria principia. Et q̄ patet ꝙ vnuꝫ
eſt principium cogſcēdi in oībus. Di-
cit aūt ꝙ hoc vnum qđ ē principium co-
gnoſcēdi non eſt idem in omib⁹ generi
bus. In vocibus em̄ vnū pri^m et mini^m
eſt littera vocalis. in ponderibus autem
eſt aliqđ minimū qđ ē menſura vt vncia:
vel aliquod huiuſmōi. In motibus vero
eſt prima mēſura motus ſimpliciſſimus
⁊ velociſſimus. ſ. motus primi mobilis.
In omnibus tamen iſtis hoc ē cōmune:
ꝙ illud qđ eſt prima menſura eſt indiui-
ſibile ſm̄ quantitatem vel ſm̄ ſpeciem.
¶ Sciendum autē circa p̄dicta ꝙ eē mē
ſuram eſt ꝓpria ratio vnius ſm̄ ꝙ ē prin
cipium numeri quantitatiui. hoc autē n̄
eſt idem cū vno qđ cōuertitur cū ente: vt
in quarto dictum eſt. Ratō em̄ vni⁹ illa
in indiuiſione conſiſtit: huius aūt vnius
in menſuratōne: que quidem ratio mēſu
re conſeq̄tur rōem indiuiſionis: vt dictū
eſt. Licet aūt ratio menſure conueniat p̄
mo vni quod ē principium numeri: tam̄
ꝑ quādā ſilitudinē deriuat̄ ad vnū in ali
js generibus: vt oñdit ariſt. in decio h⁹.

**Amplius autē alia ſm̄ nume
rum ſūt vnum.** ¶ Ponit phs diuiſionem
vnius que ē logica et intentional̄. Vni⁹
primus modus eſt vnitas numeralis.
Sunt aūt illa vnum numero quoꝝ ma-
teria eſt vna. Secundus modus eſt vni-
tas ſpeciei. Tertius mod⁹ eſt vnitas ge-

neris. Quartus ē vnitas proportionis:
de quibus dicet in ſequentib⁹. ¶ Inſup
p. ex modis vnius accipit mōs multoꝝ:
Unum eñi pticulariter ſumptum ⁊ mul
ta opponūtur: ⁊ vnū genere: et multa ge
nere: ⁊ ideo quot mōis dicitur vnū tot
mōis dñr multa. Uñ ſicut dicit vnū gñe
numero: ſpecie: ⁊c: ſic multa numero: ⁊c
Licet aūt vnū cōtracte ſumptū ſeu ptcu
lariter et multa opponūtur. vt vnū nūe-
ro et multa numero: ⁊ ſic de alijs: nō ta-
men vnum ſumptū in cōi ſeu vl'r ĩmo ſic
multitudo habet aliquā vnitatem ſeu in
diuiſionē: vt dictum eſt pus. ¶ Circa
iſtud capl'm duo ſūt vidēda: et primo qꝛ
. p. dicit ꝙ illa ſūt vnū numero quorum
materia ē vna. Uidendū ē de cā indiui-
duationis. Secundo videndū eſt de ſe-
cunda diuiſione vni⁹. ¶ Quantū ad p-
mum qꝛ in entibus eſt aliquod indiuiſi-
bile in partes ſubiectiuas ſcꝫ indiuiduū
vl' ſingulare: cui ſcꝫ formaliter repugnat
diuidi in plura quoꝝ quodlibet ſit ipſuꝫ
pōt dubitari non quidē de illo p qō for-
maliter ſibi repugnet diuidi: qꝛ ſibi for-
maliter repugnātia repugnat: ſed de il-
lo quo vt fundamento proximo et intrin
ſeco iſta repugnantia ſibi ineſt. Ad cu-
ius euidentiam pono quinqꝫ cōcluſiōes
de mente docto. ſub. di. 3. ſecūdi ſenteñ.
Quarū prima ē natura ſpeciuoca nō eſt
de ſe hoc vel ſingularis. pbatur tum qꝛ
talis ē diuiſibilis in plura indiuidua. tū
qꝛ eſt de ſe vna vnitate minori ꝙ ſit vni-
tas numeralis: vt dcm̄ ē primo hui⁹: et
dicet ſeptio paripli⁹. Secūda ꝯ° eſt hec
Indiuiduatio ſubſtantie nō hꝫ eē p qn-
titatem vel cetera accñtia. pbat qꝛ ſub-
ſtantia ē pōr omī accñte ſeptimo huius:
ḡ ꝯuenit ſubīe p ſe ex rōne ꝙ ſit hec pri⁹
naturaliter ꝙ determinetur aliq̄ accñte.
¶ Sed contra hanc cōcluſionē arguitur
ſic: Quātitas naturaliter pcedit indiui-
duationem ſubīe: ḡ eſt indiuiduū p quā
titatem. conſequentia eſt nota: pbat an-
tecedens: qꝛ gñans pus reqrit materiaꝫ
quantam ꝙ generet: iō naturalr pſuppo
nit qn̄titas marie indiuiduatōi ipſi⁹ ge-
niti. Itē Boe. de tri. dicit ꝙ dr̄ña eſt in
numero accñtiū varietas facit maxime ĩ
loco. ¶ Ad primū dr ꝙ indiuiduatōi ge
niti pſupponit qn̄titas corrupti: ⁊ omīa
accidētia corrupti ordine durātōis: quia
corruptū pexiſtit cū omīb⁹ ptibus ſuis:
ſed ex hoc ñ ſeqtur ꝙ ſit pōritas nature
quantum ad indiuiduationē ſubīe hui⁹
in qua ē qn̄titas. Nam iſta accidēcia cor
rupti que pcedūt ipm genitum ſequitur
ipſam ſubſtantiam in qua ſunt et etiam
iſtam vt ſingularem. et eodem modo ac-
cidentia geniti ſequuntur ſubm genitū.
Unde quantitas non eſt ratio media in-
ter agens et paſſum. Agens aūt natura-
le attingit materiam ſm eſſentiam nudā
vt paſſum ab eodem immediato tranſmu
tatum. ¶ Si arguatur cōtra hoc p auer
roim in libro de ſubſtantia orbis: vbi vi-
detur velle ꝙ maneat quantitas: alioqn
generans generaret de non corpore cor-
pus. ¶ Dicendum ꝙ de eo ꝙ fuit corp⁹
vſqꝫ ad inſtans generationis et hoc qn̄ti
tate ſibi inherente pōt agēs naturale ali
ad quantū alia quātitate generare ĩ iſto
inſtanti eſſe: quia ſicut pt producere ſub
ſtantiam que non prefuit ita pōt pduce-
re omnia accidentia conſequentia ipam

¶ Ad Boecium dicendum ꝙ varietas
accidentium facit varietatem in nume-
ro non cauſalr ſed notificatiue: eo ꝙ di-
ſtinctionem naturalem concomitat vari
etas accidentium. Tertia concluſio eſt
hec: exiſtentia actualis non eſt cauſa in-
diuiduationis. probatur: illud quod pre
ſupponit coordinationem et diſtinctōeꝫ
alterius non eſt ratio diſtinguēdi ipſuꝫ:
ſed exiſtentia vt determinata et diſtīcta
preſupponit ordinationem et diſtinctio-
nem eſſentiarum: ergo ⁊c. ¶ Si dicatur
ꝙ preſupponit determinationem et di-
ſtinctionem aliam ab iſta que eſt ad in-
diuidua: ſed iſtam cauſat.

¶ Contra: In coordinatōne pdicam̄tali
ſunt omnia que pertinent ad iſtam co-
ordinationem circumſcripto quocunqꝫ:
ita ꝙ nihil eſt iſtius coordinationis:

q2 ſm .p. p2io poſte. ſtatus eſt i qlibet pdicamento et in ſurſū ⁊ in deorſū: igitr ſic inuenitur ſupmum in genere cōſiderando illud rōne eē eēntie pcīſe et gña intermedia: ita inuenitur ibi infinitū. ſ. ſingulare abſq3 om̄i exñtia actuali: quod patz euident. q2 hic hō nō plus includit formalr exñtiam actualē q3 homo. ¶ Sz 9 hāc cōcluſionē arguitur: q2 act9 determiat et diſtiguit ſeptio metaphe: ꝗ vltima diſtinctio ē p vltimū actū: ſed vltimus actus indiuiduoꝝ eſt ſm eſſe eē exñtie: q2 quodlibet aliud ab ipō intelligitr in potētia ad ipm. Dico q3 actus diſtinguit eo9 ꝗ eſt actus ſi actus accñtalis diſtiguit accidētalr ſi eēñtial' eēñtialr: ita dico q3 vltima diſtinctio i coordinatōe pdicamētali eſt diſtinctio indiuidualis: et iſta ē per vltimū actū p ſe ptinētē ad coordinationē pdicamtalē: ſz ad hāc nō ptinz exñtia actualis ſed ē vlterioꝛ actus poſterioꝛ tota coordinatōe: ideo ꝯcedo q3 diſtiguit. ꝑ diſtinctōe exñte extra totam coordinationē: q̄ diſtinctio ē aliquo mō accñtalis licet nō ſit de accñtalis: ſequitr em̄ totaz diſtinctionem ſm eē q̄dditatiuū: eo igitur mō q̄ ē actus. Quarta concluſio eſt hec: Indiuiduatio non habet eſſe p materiā nec p formam. ꝓbatur: q2 quecūq3 de quidditate ſpēi ſūt nō cōſtituūt rem i eſſe indiuiduali: materia et forma ſt huiuſmōi: ꝗ ⁊c. Maioꝛ patet: q2 de cui9 q̄dditate ſūt pncipia indiuiduantia ipm eſt indiuiduū ꝑ ſe. Minoꝛ patet ſeptimo et octauo huius. Item de materia ſpecialr arguitr: q2 eadē ē materia in generato et coꝛrupto que tamē nō ſūt idē numero. Item in accidentalibus non eſt materia vbi tamē eſt diſtinctio indiuidualis.

¶ Sed cōtra hanc concluſionem arguitr p2imo de forma: q2 actus diſtiguit ſeptimo huius: forma autē eſt act9: ergo ⁊c. Item de materia q2 illa ſūt vnum numero quoꝛum materia ē vna: quinto hui9. Reſpondeo ad p2imū q3 forma diſtiguit ſpecifice non numeraliter. ¶ Ad ſecūdū dico q3 forma et materia opponūtur relatiue ſecundo phiſi. et quot mōis dicitur vnum oppoſitoꝛum tot modis dr ⁊ reliquum ex p2imo topicoꝛum. Forma autē quantum ad p2eſens ſpectat dicitur dupliciter: vno modo ꝓ forma partis. alio modo pro forma toti9 que eſt ipſa quidditas. Igitur materia coꝛreſpondenter dr dupliciť: q2 quedā ē materia que opponitur forme ptis: et hec ē materia que eſt principium eēñtiale rei cōſtituens cū forma vnum ens per ſe. Quedam ē materia que opponitur forme totius et ipſi quidditati: et p conſequēs ē extra rōem quidditatis rei formaliter: ⁊ hec ē materia que eſt differentia ſeu ꝓprietas indiuidualis que eſt cauſa p2op2ia hecceitatis et indiuiduationis que poteſt vocari hecceitas. Cum ergo dicit ariſto. q3 illa ſunt vnum numero loquitur de mā non p2imo modo ſed ſecundo modo dicta: q̄ congrue vocatur materia quatinus conſtituit rem in eſſe vltimo ſubicibili ⁊ materiali: non aūt in eſſe formali: q2 vt dcm̄ eſt non pertinet formaliter ad formalem quidditatem rei. Et hec quidē expoſitō conſonat littere philoſophi. Subdit em̄ q3 illa ſunt vnum ſpecie quoꝛum ratio ē vna. Ratio quidem ibi ſumitur ꝓ quidditate que dicitur forma reſpectu differētie indiuidual'. Quinta concluſio ē iſta: Unaqueq3 res eſt ſingularis et indiuidualis per aliquam entitatem poſitiuam p ſe determinātem naturaz ad ſingularitatem: que quidem entitas vocatur differentia indiuidualis vel hecceitas. ꝓbatr concluſio: q2 om̄is drñtia drñtium reducitur ad aliqua p2imo diuerſa: alioquin non eſſet ſtatus in differentibus: ſed indiuidua p2op2ie differunt: quia ſunt differentia et aliciiſidē entia: ergo eoꝝ differētia reducitur ad aliqua p2imo diuerſa. Iſta p2imo diuerſa non ſunt naturalr in illo et in iſto: Nam in natura conueniunt: ergo pter naturam in hoc et in illo ſūt aliqua quibus hoc et illō differūt: ſz hec nō ſunt aliqua extrīſeca nec materia nec forma: vt dictum eſt: ergo erunt aliquę entitates poſitiue per ſe determinātes naturam. ¶ Ad cuius euidentiam

Sciēdū q̄ iſta entitas a qua eſt iſta vnitas pfecta poteſt declarari p ſile ad entitatē a qua ſumit dr̄ia ſpeciuoca. Dr̄ia q̄dē ſpeciuoca ſiue entitas a qua ſumitur poteſt cōpari ad illud qð eſt infra ſe vel ad illud q̄ eſt ſupra ſe: vel ad illud qð eſt iuxta ſe. Prime dr̄ie ſpeciuoce vel li entitati ſpeciuoce repugnat p ſe diuidi in plura eſſentialiter ſpē vel natura diſtincta: ꝛ p hoc repugnat toti cui⁹ entitas iſta eſt p ſe po:ita in ꝑpoſito huic entitati indiuiduali repugnat primo diuidi in quaſcūq̄ ptes ſubiectiuas: ꝛ per ipſam repugnat talis diuiſio p ſe toti c⁹ iſta entitas eſt ps. Et tm̄mōdo eſt differentia in hoc q̄ illa vnitas nature ſpeciuoce minor eſt vnitate iſta: ꝛ ꝑpter h⁹ illa nō excludit illā diuiſionē q̄ eſt ſcđm ptes ſubiectiuas: ſed tm̄ iſtā diuiſionē q̄ eſt ptiū eſſentialiū. iſta aūt excludit oēm Et ex hoc ſatis cōfirmat ꝑpoſitū quia ex quo quecūq̄ vnitas minor iſta vnitate habet entitatē ꝓpriā quā p ſe cōſequit nō videt ꝓbabile q̄ iſti vnitati pfectiſſime negat ꝓpria entitas quā cōſequitur. ¶ Scđo dr̄ia ſpeciuoca poteſt comparari ad illud qð eſt ſupra ſe. Circa qð ſciendum q̄ iſta realitas a qua ſumitur dr̄ia ſpeciuoca eſt actualis reſpectu illius realitatis a qua ſumit genus vel ratio generis: ita q̄ hec realitas nō ē formaliter illa alioq̄n in dīone eſſet nugatio. Et quādoq̄ iſtud cōtrahens eſt aliud a forma a qua ſumitur rō generis q̄n ſcꝫ ſpecies addit rem aliquā ſupra naturā generis: quādoq̄ tm̄ nō eſt res alia ſꝫ tm̄ alia formalitas vel ↄceptus ali⁹ formalis eiuſdē rei: ꝛ ſcđm hoc aliqua differentia habet cōceptū ſimpliciter ſimplicem. alia nō vt dictū eſt tertio h⁹. Quātū ad iſtud realitas indiuidui eſt ſimilis realitati dr̄ie ſpeciuoce ī hoc q̄ eſt quaſi actus determināſ realitatē ſpeciei q̄ſi potentialē: ſicut realitas ſpeciei eſt act⁹ determināſ realitatē generis: Sed in hoc eſt diſſimilis q̄ꝛ iſta nūq̄ ſumit a forma addita: ſed ꝑciſe ab vltima realitate forme. Quo ad aliud etiam eſt diſſimilitudo q̄ꝛ realitas ſpeciuoca cōſtituit cōpoſitū cui⁹ eſt pars in eſſe q̄dditatiuo q̄ꝛ ipſa eſt entitas quedam q̄dditatiua: iſta aut realitas eſt prīo diuerſa: indiuidualis ab omni entitate q̄dditatiua. qð ꝓbat ex hoc quia intelligēdo q̄cūq̄ entitatem q̄dditatiuā: loquēdo de q̄dditatiua entitate limitata cōis ē multis nec repugnat ſibi dici de multis quorū qðlibet ē ipſm: ergo iſta entitas que de ſe ē hec eſt alia entitas ab illa entitate q̄dditatiua: nō poteſt ergo cōſtituere totū cuius eſt pars in eſſe q̄dditatiuo: ſed in eē alterius rationis. Et q̄ꝛ apud phi. frequēter quidditas dr̄ forma: vt quto metaphiſice ꝛ ſeptīo: vt hūanitas ē forma nō alteri⁹ ptis cōpoſiti: ſed toti⁹: iō omnis realitas ſpeciuoca cōſtituit in eē formali. i. in eſſe q̄dditatiuo Realitas aūt indiuidui cōſtituit ꝑciſe in eſſe materiali hoc eſt in eſſe cōtracto. ¶ Tertio aūt cōparādo differentiā ſpeciuocā ad illud qð eſt iuxta ſe ſcꝫ ad aliā differentiā ſpeciuocā Sciendū q̄ licꝫ quādoq̄ poſſet eſſe nō primo diuerſa ab alia ſicut ē illa entitas que ſumit a forma tm̄ vltima differētia ſpeciuoca eſt prīo diuerſa ab alia illa ſcꝫ que habet cōceptum ſimpliciter ſimplicem. Et quo ad hoc dico q̄ dr̄ia indiuidualis aſſimulat dr̄ie ſpeciuoce q̄ꝛ omnis entitas indiuidualis eſt prīo diuerſa a q̄cūq̄ alia. ¶ Et ex hoc pꝫ rñſio ad iſtā obiectionē: obicit eñ q̄ hec entitas ꝛ illa ſūt eiuſdē rōnis aut nō: ſi ſic: ḡ pōt ab ea ꝛ ab alia abſtrahi aliqua entitas ſpeciuoca: ꝛ de iſta querēdū eſt p quid cōtrahit ad iſtā entitatē ꝛ ad illaꝫ: ſi de ſe pari rōne potuit eſſe ſtatus in natura lapidis: ſi per aliud ḡ ꝓceſſus ī infinitū. Si alterius rōnis ḡ ↄſtituta erūt alterius rationis: ꝛ ſic nō erūt indiuidua eiuſdē ſpeciei. ¶ Rñdeo dr̄ie ſpeciuoce vltimate ſūt primo diuerſe ꝛ iō nihil vnū ab eis pōt abſtrahi nō tm̄ ꝑpter hoc ſequit q̄ ↄſtituta ſint ꝑmo diuerſa ꝛ nō alicui⁹ vni⁹ rōnis. Aliqua eñ equalit diſtingui poteſt intelligi dupliciter vel q̄ꝛ equaliter impoſſibilia q̄ꝛ ſi nō poſſūt

ineſſe eidem vel q: equaliter ĩ nullo cõ
ueniunt. Et primo modo verũ eſt ꝙ di=
ſtincta ſunt eque diuerſa: ſicut ipa diſtin
guẽtia: nõ eñ poſſunt diſtinguẽtia eſſe
impoſſibilia ꝗn etiã diſtĩcta ſunt ĩcõpoſ
ſibilia. Scđo modo vĩr ẽ impoſſibile q:
diſtincta nõ ſolũ includũt diſtinguẽtia
ſed aliud aliud quod eſt quaſi potenti
ale reſpectu diſtinguẽtiũ: ⁊ tamen diſtĩ
guentia in eo nõ ꝯueniũt: ſicut rñſum ẽ
de differẽtijs prio diuerſis: ita rñdeo đ
entitatibus indiuiduantibꝫ que ſunt ꝑ=
mo diuerſe. Sicut ẽ iſte entitates ſunt
ſimpliciter ĩcõpoſſibiles: ita indiuidua
habentia iſtas entitates. ¶ Et ſi queras
que eſt iſta entitas indiuidualis a qua
ſumiẽ differẽtia indiuidualis: eſt ne for
ma materia vel ꝯpoſitũ. ¶ Dico ꝙ non
ſed eſt vltima realitas entis qđ eſt mate
ria vel forma vel cõpoſitũ: ¶ Et ſi argu=
as ꝙ omne indiuiduũ in quo eſt natura
ſingularis tũc erit cõpoſitius ipa natura
Dico ꝙ cõpoſitio põt intelligi ꝓprie ꝓ
ut eſt ex re actuali ⁊ potentiali: vel minꝰ
ꝓprie ꝓut eſt ex realitate actuali ⁊ potẽ
tiali in eadẽ re. primo mõ nõ eſt indiui=
duũ cõpoſitũ reſpectu nature ſpeciuoce
q: nullam rem addit neq; materiã neq;
formã neq; cõpoſitum. Scđo modo ẽ ne
ceſſario cõpoſitũ: q: iſta realitas a qua
ſumiẽ differẽtia ſpeciuoca eſt potẽtial̃
reſpectu illiꝰ realitatis a qua accipiẽ dif
ferentia indiuidualis ſicut ſi eſſent res ⁊
res: nõ eñ realitas ſpeciuoca ex ſe habet
vnde ꝑ idemptitatem includat illã indi
uidualem: ſed tãtũ aliqđ tertiũ includit
ambo iſta ꝑ idemptitatẽ: ⁊ hec eſt talis
cõpoſitio qualis nõ poteſt ſtare cum ſim
plicitate diuina Illa eñ nõ tm̃ nõ cõpa
tiẽ compoſitionẽ rei actualis et potentia
lis: ſed neq; realitatis actualis cũ potẽ=
tiali. Comparando eñ qđcunq; eſſenti=
ale in diuinis ad qđcũq; eſſentiale ẽ for=
maliter infinitũ. Et ideo ex ſe habet vn
de ꝑ idemptitatem includat qđcunq; qđ
poteſt ſecum eſſe. Sʒ in propoſito neq;
entitas ſpeciuoca includit ꝑ idẽptitatẽ
entitatem indiuidualem nec ecõuerſo:
ſed aliquod tertiũ cuiꝰ iſta ambo ſunt ꝗ
ſi ꝑ ſe partes includit ambo iſta per ide
ptitatem. ⁊ hoc de primo articulo.

¶ Quantum ad ſcđm articulum videẽ
ꝙ ſcđa diuiſio vnius non ſit bene aſſig=
nata vel quia eſt eadem cũ prima vł alia
Non eadẽ quia eſſet inſufficiens: cũ pri
ma habeat quinq; membra: ⁊ iſta quat
tuor tm̃: nec eſt alia: quia duo mẽbra hu
ius diuiſionis coincidũt cũ duobus alte
rius diuiſionis. ſ. vnum genere ⁊ vnum
ſpecie. Cõtra. p. ĩ littera. ¶ Reſpõdeo
ad hanc queſtionẽ ẽm ſco. in. 5. lib. Di
co duo Primum eſt: ꝙ iſta diuiſio eſt
ẽm intentiones loicas ⁊ fundamenta in
theologia: Prima aũt diuiſio eſt ẽm fũ=
damenta realia: et ideo modi ſcđe diui=
ſionis fundanẽ ſup modos prime diuiſi
onis eodẽ modo quo intentiones fundã
tur in rebus: ⁊ ideo prima diuiſio diciẽ
realis ⁊ ſcđa logica. ¶ Scđm dictum ẽ
ad ſufficientiam ſcđe diuiſionis declarã
dam que ſic haberi poteſt: quia intelle=
ctus intelligens aliquid ſub ratiõe vni=
us aut intelligit illud ſub ratione incõ=
municabiſ aut ſub rõne cõicabilis aut ꝑ
dicabilis. Si primo modo ſic eſt primꝰ
modus. ſ. vnũ nũero. ſi ſcđo modo: aut ẽ
cõicabile ꝑdicabile de pluribus differẽ=
tibus numero ⁊ tunc eſt vnitas ſpeciei:
aut de pluribus differentibꝰ ſpẽ ⁊ ſic eſt
vnitas generis. Ultra aũt vnitatem iſtã
vel ſimilẽ: qđ dico ꝓpter vnitatẽ entis
qđ nõ eſt ꝓprie nec ſpẽs nec genus. nõ
eſt inuenire aliquẽ vnũ cõceptum ꝑdica
bilem de pluribus ꝑdicatione quiddita
tiua: tamẽ ꝯparando vnũ ꝯceptũ cõiſſimũ
alteri cõceptui cõiſſimo vel ſimiliter ſe
habendo reſpectu ſuorum inferiorũ in ꝑ
dicando in quid de eis inueniẽ vnitas
ꝓportionis: ⁊ ſic eſt diuiſio ſufficiens.

¶ Sed contra primum dictũ inſtatur q:
hec diuiſio ſcđa datur ẽm logicas inten
tiones ſeu ẽm fundamenta intentiona=
lia ergo quot eſſent fundamenta intenti
onalia: tot eſſent vnitates ⁊ ecõuerſo: ſʒ
hoc eſt falſum: quia plura ſunt fundamẽ
ta intentionalia ꝙ̃ quattuor: ſcʒ genus

ſpecies differentia ꝓpriũ et accidens.
Preterea ſi ſic: iſte vnitates erunt nihil
quod videtur falſũ: probatio cõſeq̃ntie
quia omne ens minus ente rationis eſt
omnino non ens: ſed paſſio fundata in
ente rationis eſt minus ente rationis:
quia omnis paſſio eſt minoris entitatis
q̃ ſubiectũ ergo iſte vnitates fundate ſu
per fundamenta intentionalia erunt nõ
ens et nihil. ¶ Contra ſecundũ dictum
Arguitur q2 repugnat primo dicto quia
duo membra non ſunt accepta ſm fun-
damenta intentionalia: vnum eſt qu an
tum ad primum modũ ſm quẽ dicitur
vnum numero cuius materia eſt vna: ſ3
materia non eſt ens rationis: ſed ens re
ale. Scdm membrum eſt quantũ ad q̃r-
tum modum q̃ aliqua eſt ꝓportio nul-
lo intellectu exiſtẽte quia ſimiliter ſe ha
bent octo ad quattuor et ſex ad tria: er
go vnitas ꝓportionis non cauſatur ab
intellectu: ſed iſte rationes nõ cogunt.
¶ Ad primum reſpondet q̃ iſta diuiſio
vnius datur ſm q̃ vnitas intentional'
fundatur in quocunq; cõſiderato vt q̃d:
ſed p̃dicabilia in quid non ſunt niſi duo
enumerata: alia autem de quibus inſta
tur predicãtur in quale. ſ. differentia ꝓ-
prium ⁊ accidens. ¶ Ad ſecundum di-
cendum q̃ ſicut eſt dare gradum in enti
bus realibus ſic eſt dare in entibus ra-
tionis: et ideo maior eſt falſa. non enim
oportet q̃ quicquid eſt minus ente rati
onis ſit non ens: ⁊ nihil quia licet illa
res rationis que ſubicitur alteri rei ra-
tionis ſit magis res aliquo modo nõ tñ
ſequit̃ ex hoc q̃ res fundata ſit nihil ⁊c̃.
¶ Ad aliud cõtra ſcdm dictã exponit̃ p̃
mũ mẽbrũ de quo inſtat̃ ſic q̃ vnum nu
mero dicit̃ q̃d nõ p̃dicatur de pluribus
⁊ hec eſt vnitas ſingularis: et ſic funda
mentum vnius eſt ſingulare quod ẽ fun
damentũ intentionale ꝓbatio huius q2
vniuerſale et ſingulare referuntur adin
uicẽ: ſed vniuerſale eſt intentionale: er
go ⁊ ſingulare: quia ſimul ſunt natura.
Res autem prime intentionis ⁊ ſecũde
non ſunt ſimul natura. Cõfirmat̃ illa ex
poſitio p̃ illud quod habetur tertio hu-
ius vnum numero dicere aut ſingulare
nihil differt. Illa autem notificatio vni-
us numero quã ponit hic ariſto. vz3 q̃
illa ſunt vnum numero, quorum mate-
ria eſt vna non eſt diffinitio ꝓprie loq̃n
do vnitatis numeralis cum ens ſecũde
intentionis qualis eſt vnitas iſta nõ dif
finiatur p̃ ens prime intentionis cuiuſ-
modi eſt materia etiam accepta ꝓ dñia
indiuiduali. Sed illa notificatio eſt que
dam deſcriptio ſeu circũlocutio p̃ cõuer
tibilia. Nam omne vnũ habet talem ma
teriam vnam et econuerſo. ¶ Ad aliud
de proportione dicẽdum q̃ duplex po-
teſt eſſe ꝓportio. Vno modo ſm funda
menta realia ſicut in numeris. Alio mo
do ſm fundamenta intentionalia ſicut
in p̃dicari et ſubici. prima poteſt eſſe ſi-
ne intellectu et de iſta arguit ratio. Se
cunda non poteſt eſſe ſine intellectu cũ3
p̃dicari ⁊ ſubici p̃tineant ad actum in-
tellectus ⁊ d̃ iſta loquitur hic phi. quia
predicata, habent proportionem hanc
in predicando in quid de contentis ſub
ipſis. ¶ Ad primum dicitur q̃ ſecunda
diuiſio eſt alia a prima nec coincidũt: q2
vnitas diuiſa primo eſt realis: ſed diui-
ſa ſcdo eſt intẽtionalis ⁊ ſimiliter ſe ha-
bent fundamenta correſpõdenter et ſic
vnum ſpẽ ⁊ vnum genere nõ coincidũt
nec cõueniũt hic ⁊ ibi. ¶ Ad cui⁹ euidẽ
tiã eſt ſciendũ q̃ ſicut iã dictũ eſt in pri-
mo libro ⁊ amplius diceret in ſeptimo:
omnis vnitas cauſata ab intellectu ha-
bet vnitatẽ in re a qua originatur ſicut
ignis generat ignẽ qui eſt idem ſibi ſpe
cie etiã nullo intellectu exiſtente ⁊ pro
tãto ꝯcedit̃ iſta generatio vnica eẽ: ⁊ ex
illa vnitate in re mouet̃ intellectus ad
inueſtigandum vnitatem intentionale3
et hec vnitas realis eſt ĩ membris diui
ſionis prime. Unitas autẽ rõnis q̃ fũdat̃
in illa vnitate eſt in ſecunda diuiſione.
Licet aũt vnũ p̃mo mõ dictũ ſit vniuocũ
in ſe quo ad ſuos modos: et ſimiliter
vnum ſcdo modo dictum quo ad ſuos
modos: tamẽ vnũ ſcdo modo diuiſũ eſt

uocē dr ab vno pᵒ diuiſo. Sicut eī enti reali et enti rationis nihil eſt cōe reale: vt dictū eſt quarto huiᵒ: ſic vnitati reali ⁊ vnitati itētionali nihil ē cōe vniuocū

## Ens dicit aliud quidē ſm ſe

id autē ſm accidens. ¶ Hic .p. oſtēdit quot modis dicit ens. Et primo modo dicit ꝙ ens dicit dupliciter ſcʒ p ſe ⁊ p accidens. ¶ Circa qđ ſciendū ꝙ illa diuiſio non eſt eadē cū iſta diuiſiōe qua diuidit ens in ſubſtātiā ⁊ accidens: qđ ex hoc ptʒ qꝛ ipſe poſtmodū ens ſm ſe diuidit in decē pdicamēta quoꝝ nouē ſūt de genere accidentis: ens igit ſubſtātia dicit ⁊ accidens ſm abſolutā entis conſiderationē ſicut albedo in ſe cōſiderata dicit accidens ⁊ homo dr ſubſtātia. Diuiſio autē entis ibi ſm ſe ⁊ ſm accidens attendit ſm ꝙ aliquid pdicat de aliq p ſe vel p accidēs. ¶ Dicit aūt ari. ꝙ ens ſm accidens dicit tripliciter. Uno modo quādo accidens pdicat d ſubiecto vt homo eſt albus. Scđo modo ſm ꝙ ſubiectū pdicat de accidente: vt albū eſt hō Tertio mō ſm ꝙ accidens pdicat d accidente: vt muſicᵒ eſt albus. In iſtis aūt tribus modis entis p accidēs ptʒ ꝙ ens p accidens eſt aggregatū ex rebᵒ diuerſorum generū. ¶ Diuidit vlterius ens in decē pdicamēta de quoꝝ diſtinctiōe dicet in ca. de ad aliquid. ¶ Diuidit cōſequenter p. ens in ens in potentia ⁊ in actu ſicut frumentuʒ dū eſt in herba eſt ens in potentia: dum autem eſt pfectuʒ eſt ens in actu. ¶ Deinde oſtendit ari. quot modis dicit ſubſtantia quorum ꝓ nunc duo ſufficiant: vno modo eī ſubſtantia dr ꝓut ſubſtat accidētibus: ⁊ ſic eſt pdicamētū diſtinctū ab accidētibus Alio modo ſumit ꝓ qualibet rei eſſentia ſeu quidditate: ⁊ ſic non eſt predicamētū diſtinctum ab alijs.

## Eadem vero dicuntur.

¶ Poſt p. diſtinxit nomina que ſignāt ſubiecta huiᵒ ſcientie diſtinguit nomīa que ſignāt ptes eoꝝ: et primo ſignat nomina que ſignant ptes vnius. Unde dicit ꝙ partes vnius ſunt idem qđ ē vnū in ſubſtantia ⁊ ſimile quod eſt vnum in qualitate ⁊ equale qđ eſt vnū in quantitate. Sic ecōuerſo ptes multitudinis ſūt diuerſuʒ: diſſimile: ⁊ inequale. Dicit aūt ꝙ idemptitas ē vnitas vel vnio quedā ⁊ hoc dupliciter: qꝛ vel ex eo ꝙ illa que dicunt eſſe idē ſunt plura ſm eſſe: ſed tn̄ dicuntur idē inquātū in aliquo vno cōueniūt vt in genere vl ſpecie: ⁊ talis idēptitas eſt relatio realis. Alio modo qꝛ ſunt vnū ſm eſſe: ſed intellectus vtitur eo vt pluribus ad hoc ꝙ intellectionē intelligat. Nam nō poteſt relatio intelligi niſi inter duo extrema ſicut cū dicit aliqđ eſſe idē ſibi ipi: tunc eīn intellectᵒ vtitur eo qđ eſt vnū ſm rem vt duobus alias eiuſdē ad ſeipm relationē deſignare nō poſſet. Unde patet ꝙ cū ad relationē realem requirat ꝙ extrema ſint realiter diſtincta relatio idēptitatis eiuſdē ad ſe nō ē realis ſed rōnis tm̄.

## Diuerſa vero ⁊c.

¶ Tractat inſuper ariſto. de diuerſo et differenti. Circa qđ notandū ꝙ diuerſa ⁊ differentia aliquādo ſumuntur large ⁊ ſic vnum ſumitur pro reliquo Sicut eīn dicimus diuerſa genere ſpecie vl diuerſa numero ſic ⁊ differentia nūero ſpecie vel genere. Alio modo ſumunt ſtricte ⁊ ſic differunt adīuicem: quia illa eī que ī nullo quidditatiue ꝯueniūt vt vltime differentie dicūtur primo diuerſa nō tamen dicuntur differentia: quia vt hic dicit p. differentia ſunt aliqua idem entia id eſt ī aliquo ꝯuenietia: vt homo equᵒ que licet differant p rationale ⁊ irrationale conueniunt tamen in aīali. ¶ Qꝛ vero oppoſita continentur ſub differenti vel diuerſo: ideo ariſto. ponit quattuor ſpecies oppoſitionis. quarū ſufficientia poteſt ſic haberi: qꝛ oppoſita vel ponunt ſe eſſe vel excludunt ſe. Si primo modo ſic ſunt relatiua que ratione mutue dependentie ſimul ſunt ⁊ nō ſūt nec pñt eſſe ſine inuicē. Si ſcđo mō vel vtrū ꝙ extremum ponit aliquid vel nihil.

Si vtrūq; ponit aliquid ſic ſunt ꝯtraria q̄ ſub eodē genere dicunt duas naturas poſitiuas maxime diſtātes. Si vero vtrūq; nō eſt aliquid poſitiuū ſed alterū negatiuum: vel eſt negatio ſimpliciter ⁊ ſic ſunt cōtradictorie: vel eſt negatio in ſubiecto determinato ⁊ apto nato: ⁊ ſic ſunt priuatiua oppoſita. ¶ Quia aūt dicit ſup̄ ſup̄ p. ꝙ duo accidentia drña tm̄ numero nō poſſunt eē ī eodē ſubiecto: ideo ad huiꝰ declarationē pono tres ꝯcluſiōes.

¶ Prima cōcluſio eſt iſta: nō includit ꝯdictionē duo accidentia intenſiōalia differentia ſolū numero eē in eodē ſubiecto hec cōcluſio ſic oſtendit: q2 in eadē parte medij: ⁊ in eodē oculo ſunt multe ſpecies eiuſdē ſpeciei que differūt ſolū numero: ergo duo accidētia intēſiōalia ſolo numero differētia eſſe in eodē nō includit cōtradictionē. ꝯñā eſt euidens q2 huiōi accidentia ſunt quedā entia intētionalia ſm̄ cōem modū loquēdi: añs ꝓbat q2 ſi ponant multa alba ī medio oculus in quocunq; puncto medij exiſtens pōt videre ipſa: ergo poteſt habere ſpēs ipſoꝝ et diſtincte videt ea: ergo habet diſtinctas ſpecies Silr in virtute imaginatiua ſunt due ſpecies eiuſdē ſpeciei. qđ ꝓbat p̄ eandē rōnē Rñdet ꝙ nō in eadem parte medij ſunt ſpecies illius albi ⁊ huius ⁊ ſimiliter dicit de oculo q2 ſunt in diuerſa parte oculi. ¶ Cōtra ponat hic vnū album tm̄ ſcʒ omnū ſpecies iſtius erunt in toto medio illuminato q̄ntū durat virtus eius: ponat etiā aliud albū tunc ſpecies eiꝰ erit in eadē p̄te medij cū ſpecie alteriꝰ albi: vel ſequit ꝙ illud aliud nō videbit ab oculo diſpoſito cū ſm̄ te nō poſſit gignere ſpeciem ſuaʒ qđ ē manifeſte cōtra ſenſuʒ. ¶ Diceres ꝙ gignēdo ſpeciē ſuā corrūpit ſpeciem alterius albi. Contra pono ꝙ ſit debilius illo aut ergo erit ſimul ſpēs eiꝰ cum ſpecie alteriꝰ aut corrūpet vt dicis: ſed nō poteſt corrūpere cū ſit debiliꝰ ex ypotheſi: ⁊ ſic p̄ꝫ ꝙ ille ſpecies plures erunt in eadē p̄te medij. Similit̄ ꝓbat ꝙ ſint in eadem parte oculi: vel fantaſie q2 ſi nō organū viſus vel fantaſie cū ſit p̄uū quātitate cito eſſet occupatū ſpeciebus puta duabꝰ vel pluribꝰ: ⁊ tūc non poſſet ſentire đ nouo aliqđ obiectū p̄ſentatū cū ſpecies recipi nō poſſent in organo viſus vel fantaſie. Sed illud ꝯñs eſt manifeſte cōtra ſenſum: ergo ⁊ illud: ex quo ſequit eſt falſum ⁊c̄. ¶ Scđa cōcluſio ſit hec: nō eſt impoſſibile duo accidētia relatiua realia drña ſolum nūero eſſe in eodē: hoc oſtendit ſic: vnus pater habet multos filios: ergo in eodē ſunt multe relationes reales puta plures paternitates que ſunt eiuſdē ſpeciei. ꝓbatio cōſequētie: q2 pater p̄ hāc paternitatem nō refert ad omnes filios: q2 cum deſtructo hoc filio: deſtruat hec paternitas: ſi p̄ eandem ⁊ aliū filiū refert exiſtēte alio filio eſſet hec paťnitas q2 relatiōes mutue ſimul ſunt ⁊ nō ſunt: ergo hec paternitas ſimul erit ⁊ non erit ꝙ eſt ꝯdictio manifeſta. ¶ Tertia cōcluſio ſit iſta: impoſſibile eſt duo accidentia realia educta de poťa materie p̄ motū naturalem drña ſolū numero eſſe in eodē: hoc oſtēdit ſic: motus nō eſt niſi in mobili ſicut diſpoſitio oppoſita forme introducende vt ꝯria vł media q2 omnis motus ē int̄ cōtraria vel media ex q̄nto phoꝝ: Sed ſi agens inueniat in mobili formā eiuſdē ſpeciei: forme ab eo inducende nō inuenit ipm̄ ſub diſpoſitione oppoſita: ergo nō mouet ipm̄ ſimpliciter inducens aliam formā. ſed augebit formā p̄exiſtētem ī mobili. ſm̄ hanc cōcluſionē intelligit pħs auctoritatē p̄dictam.

## Priora et poſteriora dicūt

¶ Poſtꝗ̄ ariſt. diſtinxit nomina que ſignant p̄tes vnius: hic diſtinguit nomīa ſignātia ordinē ſcʒ prius ⁊ poſteriꝰ. vnū eñ quendā ordinē importat eo ꝙ vnuʒ eſſe eſt principiū eſſe: vt dictū eſt prius. Et circa hoc duo facit. Primo aſſignat cōem rationē prioris ⁊ poſterioris. Secūdo diſtinguit diuerſos modos prioris ⁊ poſterioris. Dicit ergo ꝙ ſignatio prioris dependet a ſignatiōe principij. nā

principiũ in' quocunqȝ genere eſt illud qd eſt primũ in genere illo ſiue ſit primũ ſm locũ ſiue pfectionẽ vel tẽpus ⁊ ſic de alijs. Primus ḡ dicit illud qd eſt ppin quius alicui determinato pncipio. ¶ Ad cui⁹ euidentiã ſciendũ q illa diffinitio prioris aliter cõuenit prioribus eſſentialiter ordinatis aliter accidẽtaliter ordinatis. Nã in eſſentialiter ordinatis ẽ vera dependẽtia poſterius ad primũ ſimpliciter. Nõ aũt ſic eſt ĩ accidẽtaliter ordinatis: ſed accidit huic reuolutioni celi q alia pceſſerit. Nã potuiſſet fuiſſe tẽp impoſſibile q prima nõ fuiſſet. Igitur in eſſentialiter ordinatis dicit prius reſpectu alicuius primi ſimpliciter a quo vno pmo ſunt ⁊ dependent oĩa. Sȝ ĩ accidentalit ordinatis nõ eſt prius reſpectu alicui⁹ pmi ſimpliciter: ſed p cõparationẽ ad aliqd primũ nõ ſimpliciter ſed ſm quid: vt reſpectu illi⁹ qd ponit ec pmũ. Unde cum ptes tpis ſint accidentaliter ordinate: vt dictũ eſt: dato q tẽp⁹ eſſet eternum in tpe nõ eſſet pmũ ſimpliciter ſed ſm quid: ita q prius in tpe et primũ ſunt ex aſſignatiõe noſtra. ¶ Secũdo modo dicendũ de modis prioritatis. Circa q ſciendũ q qnqȝ modi prioritatis a phis ⁊ theologis reperiunt ſcȝ prioritas tẽporis: ſitus: nature: pfectionis: ⁊ origis: Prioritas tpis eſt q̄ vnũ eſt pus alio ſm tẽpus: vt adam eſt prior noe. Prioritas aũt ſitus eſt qua vnũ pcedit aliud ſm prioritatem locaлẽ Prioritas ṽo nature: eſt a qua nõ ↄuertitur ↄña ſubſiſtendi. Eſt aũt ↄña ſubſiſtendi quãdo arguit de eſt ſcdo adiacente ad eſt ſcõm adiacens. Dicit aũt ẽ ſcõm adiacens qñ non ponit pdicatum in ppoſitione vt homo eſt. Dicitur vero eſt tertium adiacens quãdo ponitur pdicatum: vt homo eſt albus: Sic igitur animal eſt p⁹ natura homine quia bene ſeqtur homo eſt: ergo animal eſt: ⁊ nõ econuerſo: et pars toto. Item alio modo p⁹ natura dicit qñ cõuertitur ↄña ſubſiſtendi et vnum eſt cauſa alteri⁹ vt ſubiectũ eſt p⁹ paſſione natura: qr ẽ quaſi cauſa paſſionis cũ paſſio pullulet a principio ſubiecti. ¶ Et ſi arguatur q vnũ relatiuũ eſſet p⁹ natura ſuo correlatiuo: vt pater filio cũ ſit eius cauſa: ⁊ ↄuertat ↄña ſubſiſtendi. Rñdeo q quãtũ ad abſoluta nõ ſunt correlatiua. Tertio modo p⁹ natura alio poteſt dici illud q pſupponitur ei: ⁊ ſic actus intelligendi poteſt dici p⁹ natura actu voluntatis: quia ſm Auguſtinũ nihil volitũ niſi cognitum. Quarto modo p⁹ natura põt dici p⁹ naturali intelligentia ſicut ecõtra exponit cõiter de relatiuis q ſunt ſimul natura id ẽ naturali intelligentia. Prioritas pfectionis dicit qua vnũ eſt pus alio ſm pfectionẽ: vt ſubſtãtia ẽ prior accidẽte. ¶ Prius origine dicit qd denoiat ab origine actiua: ſed poſteri⁹ origine dicitur qd denominat ab origine paſſiua. vnde pducens generãs ⁊ mouens ſunt p⁹ pducto generato ⁊ moto: Eſt autem modus prioritat origis quãdo due origines actiue ⁊ paſſiue duorȝ pductorȝ ſunt adinuicẽ ordinate ſic q vna neceſſario pſupponit alteri: vt originatio lucis: tã actiua ⁊ paſſiua: prior eſt q̄ originatio caloris. Nam ſol prius origine illuminat q̄ calefaciat aerem ⁊ p⁹ vnam partẽ aeris q̄ aliã: pter ordinẽ natura eł in effectuũ. Nec ãt prioritas pteſt dici aliquo mõ prioritas nature. Tertio modo aliquid dicit prius origine qd eſt a ſe ⁊ poſteri⁹ qd eſt ab alio: ⁊ ſic qd eſt omnino in pductũ: ſicut pater dicit pus origine: filius aũt qui eſt pduct⁹ a patre dicit poſterior origine. ¶ Notandũ ergo q in vno inſtanti ſeu ſigno tpis vel nature poſſunt eſſe multa ſigna originis ſicut multe illuminationes quarũ vna p or eſt origine alia vt dictũ eſt Menſuratur vno inſtanti temporis.

Poteſtas dicit principiũ ⁊ mutatiõis in altero aut inquãtũ alterũ. Poſtq̄ p. diſtinxit noĩa ſignificãtia ptẽ vni⁹: diſtĩguit noĩa ſignificãtia ptẽ cuiꝰ Et qr ens diuidit p actũ ⁊ poñaȝ: ponit plures modos huius noĩs poñã: Pro

potentia multiplex

nūc āt pūt aſſigri ⁊tē gn̄a poñatū. Eſt ei poña actīa: paſſiua: obeditiua: mathematica: logica: ſbiectīa: obiectīa Poña actīa dr̄ q̄ eſt pncipiū trſmutādi aliud i quātū aliud. Poña paſſiua ē pncipiu3 trāſmutādi ab alio in q̄tū aliud. Poña obeditiua dr̄ illa q̄ corrñdet poñe infinite ſpi⁹ dei q̄ oīs creatura ē in obedictia dei ⁊ ei ſubicit. Poña mathematica ē poña trāſſūptiue ſūpta ſicut dicim⁹ q̄ linea pōt duci ī q̄dratū p hāc ſilitudinē: qz ſicut ex eo q̄ ē in poña fit id qḋ eſt in actu ita ex ductu alic⁹ linee in ſeipaʒ reſultat q̄dratū: ſicut ſi diceremꝰ q̄ ternarī⁹ pōt duci ī nonenariū qz nonenarius ɔſurgit ex ductu ternarij ī ſe ipm: nā ter tria ſūt nouē. Poña logica accipit p nō repugnātia termīoꝝ: ſicut dicim⁹ q̄ hō pt eē aīal: tal' aūt poña nō ē abiciēs actū ſʒ ē cū actu vt pʒ. Poña ſubiectīa dr̄ q̄ aliqḋ pōt eē ſubiectū forme ſbſtātial' vl' accñtal'. ſic eñ mā dr̄ eē ī poña ſubiectīa Obiectīa vo poña dr̄ q̄ aliqḋ dr̄ pducibile ſicut q̄dditas roſe ñ exñtis dr̄ eſſe ī poña obiectīa eo q̄ ipa roſa pt pduci. Iſta aūt poñalitas nō fundat ī aliq̄ eſſe ſimpl'r ſiue eē eēntie: qz nō ē dare eē eēntie ſine eē exñtie: vt dic̄ ſco. pma di. xxj. ſniaꝝ. ⁊ 36 pmi ſniaꝝ: ſʒ fundat in eē cognito: ita q̄ eē ɔgnitū ɔcomitat poñalitas ad eē ſimpl'r iʒ formalit eē cognitū ñ ſit eē poñale: qz eē ɔgnitū ē eē ī actu ſm qḋ. Eſſe vo poñale ē eē in poña ad eſſe ſimpliciter. hec ille. Quātū vo dicit qḋ. Quia ens ñ ſolū diuidit ī poñaʒ et actū: ſʒ etiā in decē pdicamēta. Poſt q̄ arſ. diſtinxit h⁹ nomē poña: hic incipit diſtiguere noīa q̄ ſignāt. x. pdicamēta. Et primo nomē q̄ntitatis: deinde nomē qualitatis: ⁊ tertio modos ad aliqḋ Alia vo pdicamēta ptermittit: qz ſunt dermiata ad aliqḋ genus reꝝ naturaliū vt pʒ pcipue de agere ⁊ pati ⁊ vbi ⁊ qñ Circa pmū ponit pmo rōnē q̄ntitatſ dicēs q̄ q̄ntū dr̄ qḋ ē diuiſibile ī aliq̄: p c⁹ euidēñ pono tres ɔclones: pma ɔcluſio ſit iſta: diuiſibilitas nō eſt eēntial' rō q̄ntitatſ: h⁹ oñdit ſic: null⁹ reſpect⁹ formal' ē eēntial' rō alic⁹ abſoluti: ſʒ diuiſibilitas ē reſpect⁹ formal' qz dic̄ q̄ndā aptitudinē ad diuiſionē: g̃ ñ erit eēntial' rō q̄ntitatſ q̄ ē ens abſolutū. maior ptʒ ex q̄rto h⁹: vbi p. oīa appeñ eē vā ducit ad h⁹ īcōueniēs q̄ tūc formal'r oīa eēnt ad aliqḋ. Sʒ ɔ̄ iſtā ɔclonē inſtat mā illa rō ſm quā ē diſtictio ſpecinoca: vī eſſe eēntial' gn̄i. ſʒ diuiſibilitas ē binōi vt pʒ d in lr̄a vbi ſm vnū modū diuiſibilitatſ ⁊ ſm alteꝝ ⁊ diuerſū modū elicit p. diuerſas ſpēs q̄ntitatſ. Rn̄ q̄ dio aliqñ fit p dr̄as pprie ſūptas: aliqñ p paſſiones circūloq̄ntes dr̄as eēntiales q̄ ſūt ignōte nob. Exēplū pmi aīal diuidit p rōnale ⁊ irrōale Exēplū ſcdi: ens dr̄ p poñaʒ ⁊ actūq̄ ñ ſūt dr̄e ſʒ magſ paſſiōes ſic ē ī pposito. Scda ɔcluſio ſit iſta: diuiſibilitas ē ppa paſſio q̄ntitatſ: ptʒ qz ī eſt p ſe ⁊ pmo q̄ntitati ⁊ oī alij p rōnē eius Sba ei corpea nō ē diuiſibil' niſi p q̄ntitatē. Nā iſta q̄ntitas ē diuiſibil' ē p ſe 2⁰ mō ſic̄ iſta color ē viſibil'. Sic ei viſibilitas ē reſpect⁹ q̄dā ī colore p reſpectū ad viſū ſic diuiſibilitas ē reſpect⁹ q̄dā ī q̄ntitate ⁊ dicit aptitudinē ad diuiſionē. Notificatio igit phi de ipa q̄ntitate hic poita eſt notificatio p ppriā ⁊ primā paſſiōeʒ ei⁹: ⁊ pprie nō ē dio. Tertia ɔcluſio ē iſta: diuiſibilitas ē pma paſſio q̄ntitatſ. Ad cui⁹ euidētiā ſciēdū q̄ q̄ntitatis aſſignāt a phō q̄tuor paſſiōes: pma eſt diuiſibilitas ī ptes eiuſdē rōnis. ſcda ē eſſe finitū vel īfinitū ⁊ hec ſuppōit pmā Nā q̄ ē finitū vel īfinitū pſuppōit aliqḋ qḋ dʒ finiri: ⁊ id nec̃ario pmittit diuiſibile. tertia ē eq̄le vl' īequale q̄ ɔſeq̄t vel ſupponit ſcdam: quarta ē rō mēſure q̄ ēt pſupponit tertiā qz oīs mēſura pītelligit eſſe eq̄lis vel ineq̄lis mēſurato: qz ei eſt eq̄le vl' ineq̄le iō mēſurat nō ecōuerſo. Ex his ptʒ ordo iſtaꝝ paſſionū q̄ntitatſ. p⁹ due ɔpetūt q̄ntitati ī ſe ſʒ alie due p reſpectū ad aliḋ pʒ d ſe: d pria hr̄ d ī lr̄a ⁊ tertio phoꝝ ca⁹ d īfinito. de ſcda āt primo phiꝝ vbi q̄ finitū ⁊ īfinitū ɔgrui dr̄ q̄ntitati: d tertia hr̄ ī pdicamētſ vbi dr̄: q̄ ieſt q̄ntitati ſm eā equale vel ineq̄le dici d

quarta habet decimo hui⁹. ¶ Conſeq̄n ter ponit p̄ſpecies quātitatis inter q̄s p̄me ſunt due ſcʒ multitudo ſiue nūerus vel magnitudo. Diffinit aūt multitudo ſic: multitudo eſt q̄ꝺ ē diuiſibile ſm potentiā ī ptes nō cōtinuas. Magnitudo aūt eſt q̄ꝺ eſt diuiſibile in ptes cōtinuas q̄ꝺ quidā cōtingit tripliciter: ⁊ ſm hoc ſumunt tres ſpecies q̄titatꝭ ꝯtinue ſiue magnitudis. Nā ſi ſit diuiſibile ſm vnā tm̄ diuiſionē in ptes cōtinuas erit longitudo. Si aūt in duas latitudo: ſi in tres pfunditas. Dicit aūt vlterius q̄ multitudo finita dicit numer⁹: ⁊ lōgitudo aūt finita dicit linea: latitudo ſupficies: profunditas vero finita dr̄ corpus. ¶ Quia vero ptes linee copulāt ad punctū: Notādū ſm nicolaū boneti ī p̄dicamētis q̄ duplex eſt punctus in linea ſcʒ in actu ⁊ potentia. Punct⁹ in actu eſt punct⁹ lineā terminās diſtinguens ⁊ ſeparās ſicut dr̄ia diſtinguit vnā ſpeciem ab alia Punctus in potentia eſt punct⁹ continuās ptes linee adinuicē: q: inter duas ptes ſemp eſt punctus in potentia medius: ⁊ iſte punct⁹ in potentia nō eſt in fine linee nec in principio: ſed in tota linea p totum. Dicit aūt in potētia vt potentia opponit actui diſtinguendi ⁊ ſeparandi nō aūt actui eſſendi q: vere eſt aliquid poſitiuū exiſtens extra nihil: ſicut ptes linee habētes ſuā entitatē in linea: ⁊ ſic apparet quō ptes linee copulātur ad punctū nō in actu: q: ille eſt in fine linee vel in principio: ſed in potētia quia ille ē inter quaſlibet ptes linee cōtinue nō vn⁹ numero ſed plures non in actu ſed potentia: que p actionē diuidētis cōtinuū reducunt ad actū. Si aūt realitas puncti nō remaneret in continuo difficile eſſet videre quō punctus cōtinuat lineam ⁊ copulat ptes linee. ¶ Et ſi arguat q̄ tūc ptes linee in linea ſe habebūt cōſequēter ex quo realitates eorū manent in cōtinuo. Reſpōdet q̄ nō ſequit quia nō ſunt illi in actu: ſed in potentia: ⁊ ſunt vnus punct⁹ p carentiā diuiſionis: vnde ꝯtinua dicunt quorum vltima ſunt vnū ſcʒ p indiuiſionem: hec boneti. De hoc dicit ſco. diſ. xij. quarti q̄ ptes cōtinue in potētia dicunt fieri in actu qn̄ ptes indiſtincte reducuntur ad actum diſtinctū. ¶ Diſtiguit inſup modos quātitatis p ſe ⁊ hoc dupliciter: q̄dā em̄ ſignāt p modū ſubſtantie vel ſubiecti ſicut linea vel ſupficies q̄ōlibet em̄ illoꝝ ſubſtantialiter eſt quātū cū quātitas ponat in ei⁹ diffinitione. Nā linea eſt quātitas ꝯtinua ſm longitudinē diuiſibilis finita ⁊ ſic de alijs. Quedā vero p ſe ptinēt ad gen⁹ quātitatis ⁊ ſignātur p modū paſſionis vel habitus talis ſubſtantie: ſicut multū vel paucū ſignantur vt paſſiones numeri: pductū ⁊ breue vt paſſiones linee. latum ⁊ ſtrictum vt paſſiōes ſupficiei: pfundū ⁊ altū paſſiones corporis. Quedā etiā ſunt q̄ cuiuſlibet quantitatis cōtinue paſſiōes ſūt ſicut magnū ⁊ puū maius ⁊ minus.

¶ Deīde diſtīgnit p. modos q̄ntitatꝭ p accidens: ⁊ ponit duos modos quorum vn⁹ eſt: quoꝝ aliqua dicunt p accidens ex hoc ſolo q̄ ſunt accidētia alicui⁹ quātitatis: ſicut albū ⁊ muſicū. Per hoc q̄ ſunt accidentia alicui⁹ ſubiecti q̄ꝺ ē q̄ntū. Alio mō dicunt aliqua quāta p accidens ex eo q̄ ſunt quāta p aliud inquātū ſcʒ diuidunt ad diuiſionē alicui⁹ quātitatis: vt tēpus ⁊ motus. Motus ei diuidit ad diuiſionē magnitudinis in qua fit motus: nō aūt ad diuiſionē ei⁹ q̄ꝺ mouetur. Tempus vero diuidit ad diuiſionē motus. ¶ Circa p̄miſſa poſſet dubitari cur locus nō numerat īter ſpecies q̄ntitatꝭ cū ſit quid diuiſibile. Rn̄det q̄ locus nō eſt in genere q̄ntitatis. Tū q: nō eſt diuiſibilis niſi p accidens ſcʒ ad diuiſionē ſupficiei. Nam locus materialiter eſt ipa ſupficies. Tū q: eſt vnum p accidens cōplexum ex ſupficie ⁊ cōtēto ſubſupficie: vt pʒ q̄rto phoꝝ. ¶ Cōtra inter p̄dicamenta ponit inter ſpecies quantitatis. Rn̄deo q̄ que p. dicit ī p̄dicamētis nō ſunt omnia vera: nec loquit hic de loco ſm intentionem ꝓpriā ſed famoſe ſm intentionem aliorum.

**Ad aliquid vero dicuntur.** Hic determinat. p. de ad aliquid. et primo ponit modos eorū q̄ ſūt ad aliquid. Circa quod notādū q licet relatōes habeāt diſtinctōes ſpecificas ſm ſuas ꝓprias drñtias ſicut alia: ſed tamē q2 ſunt nobis ignote accipimus diſtinctōes earum ꝑ fundamēta ꝑ q̄ circumloquimur huiuſmodi differentias ſpecificas q̄ forte ꝓpter earꝫ modicam entitatem latent ita q ex fundamētis innoteſcit nobis diſtinctio earū relationū ſiue effectiue ſiue materialiter: ita q iſta diſtinctio fit ꝑ extrinſeca. Licet aūt fundamenta ſint ī diuerſis generaliſſimis: non tamē oportet relationes ſic differre Nō eīm oportet eē tantā drñtiam inter diſtincta quanta eſt inter diſtinguentia. q2 due ſpecialiſſime diſtinguunt non tamē ſe totis: q2 conueniunt in genere: et tamē differentie ſpecifice ꝑ quas ſpēs diſtinguūtur diſtinguuntur ſe totis. Similiter in ꝓpoſito fundamenta pñt diſtingui genere: tñ relatōes erūt eiuſdē generis. Diſtinguit ergo. p. modos relatiuorum ſm diuerſa fundamenta: quorū primus eſt qui fundat ſup numerū et ſup vnū. Sup numerum quidem ſm compationē numeri ad numerꝫ vel ſm compatione numeri ad vnūꝫ: vt duplum ad dimidium: triplū ad tertiam partem: multiplex ad ſubmultiplex: continens ad contentū: et ſic de alijs ꝓportionibus numeralibus. Accipit aūt hic cōtinēs ꝓ eo q excedit aliud ſm quantitatē. Omne eīm excedēs ſm quantitatē continet in ſe illud qḋ excedit. Eſt enim hoc et adhuc amplius ſicut quinqꝫ continet ī ſe q̄ttuor: et tricubitū cōtinet in ſe bicubitū. q2 vero omnis mēſuratio que ē in q̄ntitatibus cōtinuis aliquo mō deriuatur a numero: ideo relatiōes q̄ ſūt ſm quātitates cōtinuas etiā attribuūtur numero. Item q2 vnum eſt principiū numeri: ideo relatōes primi mōi habēt etiā fūdari ſup vnū. Vn relatō identitatis fūdatur ſuper vnum in ſubſtātia: equalis ſup vnum in quantitate: ſimilitudo vero ſup vnum in qualitate. Circa qḋ notandū q cū vnū repiatur in omni genere ſicut ens: idētitas pt fundari in ſubſtantia cuiuſlibet generis: et ſimiliter equalitas et ſimilitudo. Unde ſubſtantia pt ſumi dupliciter: vno mō vt eſt res determinati generis. alio mō ꝓ eēntia rei que ē cōis omni generi vt dcm̄ eſt. Similiter qualitas pt ſumi ꝓut eſt res determinati generis. vel ꝓ qualitate eſſentiali que eſt cōis omni generi eo mō quo drīa ſpeciuoca dr̄ qualitas a pho ī hoc q̄nto. c. de qualititate. Similiter quantitas pōt ſumi vel vt res eſt determinati generi q̄ pt dici quantitas mobilis: vel pro quantitate perfectionis que eſt gradus eſſentialis rei: et ſic ꝑtinet omni generi. Accipiendo igitur iſta primo mō vt dicūtur res determinati generis: ſic idētitas fundat ſup vnum in ſubſtantia et nō ſup vnum in alijs generibus. Similiter intelligendū eſt de ſimilitudine ⁊ equalitate. Sed accipiendo iſta ſecundo mō ſic identitas pt fundari ſup vnum in ſbīa cuiuſlibet generis: et ſimiliter equalitas ⁊ ſimilitudo. Hoc enī mō omne ens omni enti cōparatum eſt idem vel diuerſum: ſimile vel diſſimile equale vel inequale. Patꝫ ergo quomō primum fundamentum primi modi relatiuorum eſt ratio numeri et vnitatis. Secundus modus relatiuorū fundatur ſuper potentiam actiuam ꝑ paſſiuam: ſicut calefactiuum dicitur a calefactibile et pater ad filium: et calefaciens ad calefactum. Circa quod dicit Scotus duodecima q. quotlibe. q. p. non intendit hic dicere q actio et paſſio ſūt ꝓxima fundamenta relationum. quia relatio non manet proprio fundamento non manente. Manet autē relatio ſecūdi modi etiam non manente proprie actōne vel paſſione: ſicut aliquis manet pater non manente generatōne. Intelligit ergo fūdari non tanq̄ ſupra fundamentum vel rationem fundandi proximam: ſed ſupra diſpoſitionem mediam inter fundamentum et ipſam relationem. ipſa autem po

tentia actiua et paſſiua eſt fundamentū immediatum. ¶ Contra hūc modum relatiuorum arguitur ſic: q2 relatiuū nō eſt fundamentū relatōnis: ſed potentia actiua et paſſiua referūtur: ergo relatio non fundat̄ ſup̄ potentiam actiuam ⁊ paſſiuā. Probatur maior q2 relatiuū cū ſit relatiuum relatōne eſſet ꝓceſſus ī infinitū ī relationib⁹: ſi relatio ſupra relationē fūdaretur. Minor patet q2 potentia actiua refert̄ ad paſſiuā. R⁹. dicendū ꝙ maior ē dubia: q2 relatio videtur poſſe fūdari ſuper aliam relationē: & per conſequēs ſuper relatiuū ſicut ꝓportionalitas ſupra ꝓportionē: nec tūc erit proceſſus in infinitū: q2 erit deuenire ad aliquā primam relationem cuius ſundamentū non erit alia relatio: et nec per conſequēs relatiū. Vl'r pōt dici data maiore ꝙ potētia actiua et paſſiua poſſūt ſumi dupliciter. vno modo circumſcripta relatōne potētionalitatis. Alio mō includendo ipam. pmo mō non ſūt relatiua actu: et vt ſic fūdant relationes ſecundi modi. Secundo modo ſunt relatiua actu: et tūc non fundāt: ſed ſunt aliquid compoſitum ex fundamēto et relatione. ¶ Tertius modus relatiuorum fundatur ſup̄ menſurabile ⁊ menſuram: vt ſciētia refertur ad ſcibile. Sciētia eñ menſuratur a ſcibili nō quidē ſc̄m menſuram quantitatiuā: q2 iſta pertinet ad primū modū: ſed ſc̄m menſuratōē eſſentie ⁊ veritatis. Actus eñ intelligēdi eſt aptus natus menſurari: id eſt actualiter dependere in entitate ⁊ cognoſcibilitate ab obiecto ꝑticipando ipm obm ſicut ſimilitudo id cuius eſt. Nō quidē ſimilitudo ꝑ cōmunicatōem eiuſdem forme ſed ſimilitudo ꝑ imitationē ſicut ydeati ad ydeam. Iſte igitur modus pt̄ fundari ſuper res diuerſorum generum pro quāto quelibet res cuiuſlibet generis eſt intelligibilis et ſenſibilis potēs mēſurare ſenſum vel ſcientiam. Fūdatur etiam ſupra ydeam in mēte diuina inquantū eſt mēſura ⁊ ꝑfectō ydeati. pōt etiā fūdari ſuper res cuiuſlibet generis ꝓ quanto in omni gn̄e eſt vnū primū qd eſt menſura omniū illius generi. menſurat̄ quidē non quantitatiua ſed ꝑfectionis: vt albedo in genere colorum. Scōm eñ ꝙ colores magis accedūt ad albedinē ſūt ꝑfectiores: ſc̄m vero ꝙ recedūt ab albedīe ſūt imperſectiores. Patet ergo quō hi tres modi dr̄nt ſc̄m diuerſa fundamēta. Item differūt in hoc ꝙ vt dicit ariſtot. in priſ duob⁹ mōis ē mutua dependētia real': vt pater refertur realiter ad filium: et econuerſo duplum ad dimidiū. In hoc aūt ñ q2 licet ſcientia referatur ad ſcibile: q2 ñ eſt ſcientia niſi reſpectu alicuius ſcibilis nō tamē econuerſo. poteſt eñ ſcibile vel roſa eſſe abſq3 eo ꝙ ſit ſcientia de eo: ⁊ tō ſcibile nō refert̄ ad ſciam niſi relatōne rationis. De hoc nota illud quod dictū eſt quarto capi. 2. 3 phicoꝝ In hoc tertō modo eſt oñis relatio q̄ eſt inter deū ⁊ creaturā. Creatura eñ refertur real'r ad deū. deus aūt non refert̄ ad creaturā niſi relatione ratōnis. ¶ Si arguat̄ cōtra p̄dicta ꝙ tertius modus nō diſtinguit̄ a ſecūdo q2 ſenſus et ſenſibile referūtur ſc̄m potentiā actiuam et paſſiuā: q2 ſenſibile ē motiuum ſenſus: ex ſecūdo de aīa: ⁊ ſic pertinent ad ſecūdū mōm. Ponūtur autē h̄ relatiua tertij mōi: & terti⁹ nō diſtinguit̄ a ſecūdo. Preterea ſciētia ē ꝑ ſe in genere qualitatis: & non refert̄ ad ſcibile: vt h̄ ī littera. Conſequētia pat3: q2 quale eū ſit ens abſolutum nō dependet ad aliud ſc̄m ſe. ¶ Ad primū reſpōdeo ꝙ ſenſus eſt equiuocus ad ipam naturalē potentiam ſenſitiuā et ad ipm actū ſentiendū ſēſus: primo mō fundat relationē ſecundi modi: ⁊ ſic ꝓcedit ratio: ſic eñ ſenſus eſt potētia paſſiua. Senſus aūt ſecundo mō fundat relationē tertij mōi. Similiter intelligendū ē de intellectu: et ſic ſenſ⁹ mēſurat̄ ſenſibili ⁊ intellectus intelligibili. ¶ Pro reſpōſiōe aūt ad ſecūdū dicit doctor. 13. q. quotlib. ꝙ relatio pōt dupliciter ſe habere ad abſolutū. vno mō cōtingenter et ꝑ accñs ſicut ſimilitudo ad albedinē. pōt eñ eſſe albedo ſine ſimilitudine. Alio mō neceſſario ſicut relatō creature ad deum. Non eñ pōt eſſe creatura ſine relatōne depēdētie ad deū cōſeruātē eā in eē. Licet aūt tal' relatio ſit ca-

dē realiter fundamēto ſeu abſoluto: non tñ pt quecūqꝫ relatio eeñtialiter includi in abſoluto: qꝛ tūc illð eēt eeñtialiť ad ſe et eeñtialr ad alterū: nec abſolutū et reſpect⁹ pñt eeñtialiter includi in aliquo ꝑ ſe vno vnius generis. Ex quo ſeqtur ꝙ actus cognoſcēdi vel nō erit ꝑ ſe vnum vni⁹ generꝭ vel nō ꝑ ſe includat illa duo Videtur ergo ꝙ talꝭ actus nō ſit eſſenti aliter reſpectiuus licet habeat relationez ncēꝛio conſequentē. Vel ſi dicatur ꝙ eſt quoddā totū includēs illa duo: tūc ñ erit aliqd ꝑ ſe vnū. Hinc patet illð ariſt. in pdicamētis. nihil ꝓhibet idē in pluribus generib⁹ enūciari qð nō eſt intelligēdū de aliq ꝑ ſe vnuz. Et ſm hoc pt intelligi dictū auerrois. 7. phiſi. Dignius eſt ꝙ ſciā eſt de pdicamēto ad aliquid ꝙ de qlitate: qð forte veꝝ ē ꝙtū ad illð qð formalius eſt in ſignificato nomīs impoſiti ambobus vel illi toti ꝑ accidēs qð eſt abſolutū ſub reſpcū. Ex hoc forte etiā pt intelligi illud qnto metaphiſ. ꝙ aliq dicūtur ad aliqd ſm genus: vt medicina (qꝛ ipſius genus ē ſciētia) Videtur eē eorū que ad aliqd. Nomē forte ſpēi imponiť ad ſignificandū pciſe qualitatē: ⁊ ꝓpter hoc nō dicitur ad ꝓprium correlatiuz. Nomē aūt generis nō imponiť pciſe ad ſignificanduz genus ſiue qualitatē ſꝫ ad ſignificanduz ipam ſub regula. ¶ Ex pdictis patet reſpōſio ad argumentū Reſpectus enī ſcientie ad ſcibile ē in generē relatōis: fūdamētū vo illius ē in genere qualitatis. Patet etiā vlteri⁹ ꝙ ad diſtinctōem pdicamētoꝝ nō neceſſario requiriť diſtinctio realꝭ: ſꝫ ſufficit diſtinctio formalis. Relatio eñ ſcientie vlꝫ act⁹ cognoſcēdi ad ſcibile ē idē realiter cū fundamēto cū ipm neceſſario cōſequatur vt dictū ē: ⁊ tamē ſūt in diuerſis predicamētis. ¶ Dicit cōſequēter. p. ꝙ idē relatiuum non pōt referri ad plura: qꝛ tūc idē bis diceretur. i. diffiniretꝛ: qꝛ cū eſſe relatiui ſit ad aliud ita ꝙ relatiuū habet diffiniri ꝑ ſuū correlatiuū. Si idem referretur ad plura haberet plures diffinitiōes eeñtiales quod eſt impoſſibile. Vñ dicit

ꝙ intellect⁹ id ē intellectio nō referť ad intelligibile ⁊ ad intelligētē: qð ē intelligendū ſm eādē relatōem: hoc tñ nō obſtāte pt referri ad vtrūqꝫ alia ⁊ alia relatione. Intellectō eñ referť ad intelligibile: vt mēſuratū ad mēſuraz: ⁊ refertur ad intelligentē: vt ꝓductū ad ꝓducentē vlꝫ accñs ad ſubm. ¶ Ad euidētiā pdictorū notādū ꝙ aliqd ꝯuenire alicui pōt eē dupliciter. vno mō ꝑ ſe ꝑmo. Alio modo ꝑ ſe nō ꝑmo. Illud conuenit alicui per ſe ꝑmo qð competit ei ꝑ ſuā ꝓpꝛiā rōez ſpecificā. Sed illud competit alicui ꝑ ſe nō ꝑmo ꝙ cōpetit ei ꝑ cām in ſe: nō tñ ꝑ ꝓpꝛiā rōem ſpecificā. Et hinc ē ꝙ illud qð ineſt ꝑ ſe ꝑmo ineſt adeqte: nō aūt illud qð ineſt ꝑ ſe nō ꝑmo. Exᵐ ꝑmi: habere tres angulos ineſt triangulo Exēᵐ ſcōi: hrē tres angulos ineſt ſic yſocheli Intēdit aūt hoc. p. ꝙ idem nō pt referri ad plura per ſe primo: qꝛ tūc idē bis diffiniretꝛ vt dcm̄ ē: hoc tñ nō obſtāte idem pt referri ad plā ꝑ ſe ñ ꝑmo. Duplū enī referť ad dimidiū ꝑ ſe ꝑmo vt ad ꝓpꝛiuz correlatiuū. qꝛ vo multiplx qð ē gen⁹ ad duplū referť ꝑ ſe pᵒ ad ſubmltiplx vt ad ꝓpꝛiū correlatm̄: iō duplū r̄fert ad ſbmltiplex ꝑ ſe nō pᵒ ſicut ad correlatiuū ſui generꝭ: qꝛ ad qdcūqꝫ referť gen⁹ ꝑ ſe primo referť ſpēs ꝑ ſe ñ pꝛio. ¶ Si arguatꝛ cōtra pdicta ꝙ idem ꝑ ſe ꝑmo pt referri ad diuerſa: qꝛ idē ꝯtinēs ꝑ ſe ꝑmo referť ad plā cōtēta et idē pater ad plēs filios. Reſpōdeo ꝙ cōtinēs licet idē ſit materialiter et ſubiectiue ī compatōe ad plura cōtēta ad que referť ꝑ ſe ꝑmo: eſt tamen plā ꝯtinētia formalr: qꝛ ꝓpꝛijs ⁊ diſtinctis relatōib⁹ cōtinētie referť ad quodlibet iſtoꝝ. Sic idē pr alia pñitate referť ad vnū filiū ⁊ alia ad aliū. ¶ Notādū āt ꝙ differt dicere fūdamētū relatōis ⁊ ſubiectū. Fūdamētū eī relatōis dꝛ illð ī qd relatō īmediate fūdať puta ſilitu° ī albeᵉ Sbm āt dꝛ illð ī qd fūdať mediāte ꝓpꝛio fūdamēto: puta ſilitudo ī hōe mediāte albedīe. Fūdamētū āt ꝑ ſe referť: albedo eñ ꝑ ſe ē ſilis: ſed ſubiectū ꝑ accñs referť ideo hō ꝑ accidens diciť ſilis vlꝫ dupl⁹.

Circa hoc capitulum ad aliquid notandum quod relatio eſt nomen equiuocum ad relationem realem et relationem rationis: ſicut ens ad ens reale et ens rationis. et ideo ens rationis non eſt in genere. cum predicamenta ſunt entia realia.

## Ad relationem autē realem

tria requiruntur ſecundum ſco. diſtin. 31. primi ſententiarum et ſexta. q. quolibeto x. Primo quod extrema ſint realia ſcilicet fundamentum et terminus. Secundo quod ſunt realiter diſtincta. Et tertio quod ex natura extremorum ſequatur talis relatio abſque operatione alicuius potentie comparantis unum extremum alteri. Relatio autē rationis eſt fabricata per aliquam potentiam comparantem unum ad aliud: ut uniuerſalitas eſt relatio rationis cauſata per intellectum comparantem unum ſuperius ad multa inferiora. Et ſi illud ſuperius immediate comparetur ad ſingularia dicitur ſpecies que eſt nomen impoſitum ad ſignificandum huiuſmodi reſpectum rationis. Si vero illud commune non immediate competur ad ſingularia dicitur genus proximum vel ſubalternum: et ſic ſemper aſcendendo uſque ad primum genus generaliſſimum ſcilicet ens: immo uſque ad ens quod eſt primum uniuerſale communiſſimum: et tales relationes rationis ſunt intentiones ſecunde de quibus eſt conſideratio logica. et generaliter omnis relatio in quo deeſt aliqua trium conditionum predictarum eſt relatio rationis. Propter primum oppoſitio contradictoria eſt relatio rationis quia unum contradictoriorum nihil ponit.

Propter ſecundam relatio eiuſdem ad ſe eſt rationis quia non ſunt ibi extrema realiter diſtincta. Propter tertiam relatio dei ad creaturam eſt rationis: quia eſt per intellectum comparantem deum et creaturam.

Notandum inſuper quod relatio realis eſt duplex ſcilicet ſecundum eſſe et ſecundum dici. Relatiua ſecundum eſſe dicuntur illa que in ſua eſſentia includunt reſpectum ad aliud: ut duplum et dimidium. Relatiua vero ſecundum dici ſunt illa que non includunt eſſentialiter reſpectum ad aliud. Dicet enim talia aliorum dicantur et ſint in predicamento ad aliquid non tamen ſecundum eſſe ſuum ſed per reſpectum ſuum fundatum in ſua eſſentia ut ſcientia refertur ad ſcibile. Item notandum quod licet relatio ſemper requirat terminum: aliter tamen eſt in relatione actuali et aptitudinali. Relatio enim actualis requirit terminum in actu. Relatio vero aptitudinalis tantum requirit terminum in aptitudine: ſicut riſibilitas eſt ad actum ridendi qui eſt in potentia: licet non ſit in actuali exiſtentia.

Ulterius notandum quod quedam ſunt relationes equiparantie et quedam diſquiparantie. Relatio equiparantie eſt illa que ſecundum eandem rationem fundamenti eſt in ſuppoſito quod refertur: et in ſuppoſito ad quod refertur: ut dicit Scotus xix. di. primi ſen. Sicut ſimilitudo requirit eandem rationem albedinis in hoc et in illo. Relatio autē diſquiparantie non ſic requirit eandem rationem fundamenti: ut paternitas et filiatio: quorum una fundatur in potentia actiua generandi: alia vero in paſſiua.

## Perfectum vero dicitur unum.

etc. Poſtquam philoſophus diſtinxit nomina que ſignant cauſas et ſubiecta et partes ſubiectorum huius ſcientie: hic incipit determinare ea que ſe habent per modum paſſionum. et primo ponit plures modos huius nominis perfectum: quorum duo pro nunc ſufficiant. Perfectum uno modo dicitur illud cui nihil omnino deficit perfectionis: et hoc modo pertinet ſoli deo in quo eſt perfectiſſima bonitas cui nihil deeſt de omnibus perfectionibus in ſingulis generibus inuentis. Alio modo aliquid dicitur perfectum in aliquo genere cui nihil deeſt eorum que ad perfectionem illius generis pertinent: ſicut aliquis dicitur perfectus medicus quando nihil ei deeſt quod pertinet ad ſpeciem proprie virtutis. Secundum autē hunc modum tranſlatiue vtimur nomine perfecti et boni in malis: ut aliquis dicitur perfectus latro quando in nullo deficit ab eo quod competit ei inquantum talis.

## Terminus dicitur quod eſt

cuiuſlibet vltimū. Quia pfectū eſt quodāmodo quid terminatū et completum. ideo diſtinguit hic ariſ. hoc nomē terminus. Quod quidem nomē pōt ſumi dupliciter ad pñs. Uno mō eni ſumitur terminus ꝓ fine cuiuſlibet rei. Alio modo ſumitur ꝓ dīone quidditatiua rei que dicitur terminus qꝛ eſt terminus cognitionis. Incipit eñ cognitio rei ab aliquibus ſignis exterioribus quibus ꝑuenit ad cognoſcendam rei dīonem: quo cum ꝑuentum fuerit habetur perfecta cognitio de re.

## Diſpoſitio dicitur habitus.

¶ Hic ponit multiplicem modū huiꝰ nominis diſpoſitio. Circa quod notandū ꝙ diſpoſitio notat quendam ordinē partium: quod poteſt eſſe tripliciť. Uno mō ſm ordinem partium in loco: ⁊ illo modo diſpoſitio ſiue ſitus eſt quoddam p̄dicamentum quod quidem diſtiguitur a predicamento vbi. qꝛ vbi dicit tm̄ reſpectū loci ad locatum. Poſitio vero ſiue ſitus vltra hoc dicit ordinem partiū ī loco. Alium enī ordinem habent partes ad locatum quādo homo ſedet ꝙ quando ſtat vel iacet. Et illoꝰ ſedere et ſtare et huiuſmodi ponūtur in hoc predicamēto. Alio modo ordo partium attenditur ſm virtutem: ⁊ ſic diſpoſitio pertinet ad primam ſpeciem qualitatis. Ille enim q̄ habet virtutem vel ſcientiam partim ſiue imperfecte diciť habere diſpōnem. Tertio modo ſumitur diſpoſitio ſiue ſitꝰ ſm ordinem partium in toto: et ſic ē differentia quantitatis. Quedam enī quātitas ē habens poſitonem vt linea: ſupficies: alia non habens: vt numerus.

## Priuatō dicitur vno modo

Qꝛ priuatio dicit negationem habitus vel perfectōnis: ideo ponit conſequēter modos priuationis: de quibus quattuor ꝓ nunc ſufficiant. Primo enī modo dicitur priuatio qū ab aliquo nō habeť id quod natum eſt haberi: licet illud quod ipſo caret nō ſit natum ipm habere: ſicut planta dicitur priuari oculis: qꝛ ocli nati ſūt hri nō tamē a plāta. Secūdo modo aliquid dicitur priuari eo quod natum ē habere aut ſm ſe aut ſm genus ſuum. Scdm ſe: ſicut homo cecus dicitur priuari viſū quem natꝰ eſt habere ſm ſe. Talpa autem dicitur priuari viſu non qꝛ ipſa ſm ſe ſit nata habere viſum: ſed quia genus eius ſcꝫ animal eſt natum habere viſum. Tertio mō aliquid dicitur priuari aliquo ſi non habet ipſum quando ⁊ vbi natum eſt ipſum habere: et ſic de alijs circumſtantijs. vnde kattus non dicitur cecus ante nonam diem: quia tunc non eſt natum habere viſum. Quarto modo aliquid dicitur priuari eo quod ei auferť per violentiam.

## Ex aliquo eſſe diciť vno quidem modo. ⁊c.

Quia totum et perfectū quodāmodo ſūt idem: et ex ptibus cōſtituitur totum: ideo hic ariſto. oſtendit q̄t modis dicitur eſſe aliq̄d ex aliquo: quorum duo ꝓ nunc ſufficiant. Aliquod enī dicitur eſſe ex aliquo inquantū iſta ꝑpoſitio ex: importat non tantum ordinem ſꝫ etiam cauſalitatem: ſicut domus dicitur eſſe ex lapidibus tanꝙ ex materia et edificatore tanꝙ ex efficiente. Secūdo modo aliquid dicitur ex aliquo inquantum ly ex: importat ſolum ordinem ſiue ſitorʹdo temporis ſiue motus. Et ſic aliquid dicitur ex aliquo poſt quod fit ſicut nox fit ex die: id eſt poſt diem: et album ex nigro.

Explicit quintus liber metaphiſice.

Sequitur ſextus liber metaphiſice.

# Incipit ſextus liber metaphiſice.

## Principia et cauſe q̃runt entiũ palã.

P ¶ Poſtq̃. p. in quinto li. determinauit intentões nominum que in vni⁹ ſcię ſcientie cõſideratiõe cadũt: hic determinat ꝺ rebus quas conſiderat hec ſcientia vt ꝺ ente: et de his que conſequũtur ad ens. Et primo oſtendit quomõ hec ſciẽtia habeat determinare de ente. ſecũdo incipit de ente determinare in ſeptimo. Prima adhuc in duas: in pͥma eñ oñdit moduz tractandi de entibus q̃ competit huic ſcientie p̃ ordĩam ad alias ſciẽtias: in ſecũda remouet cõſideratõem huius ſcientie circa ens aliquibus modis dcm̃ ibi Sed quõz ens ſimpliciter. Quo ad primũ dicit q̈ licet hec ſcientia conueniat cũ alijs qꝛ habet cõſiderare principia et cãs entium ſicut alie ſcientie habent conſiderare principia ſui ſubiecti. Tamẽ hec ſcẽtia differt ab alijs dupliciter. Prima dr̃ñtia eſt: qꝛ nulla alia ſciẽtia tractat de ente in cõmuni niſi iſta. Secũda aũt dr̃ñtia oſtẽditur ex diuiſione ſcientiaꝝ. Diuidit eñ. p. ſciam in cõi realẽ ſcꝫ ĩ practicã ꝛ ſpeculatiuã. Practicã ꝟo diuidit ĩ actiuaz et factiuam. Actiua eñ dirigit in operationem inmanentẽ: vt ẽ ſciẽtia moralis. Factiua ꝟo in opatõem tranſeũtem: vt ſũt artes mechanice. Speculatiuam ꝟo ſiue theoricã diuidit in phiſicam: mathematicam et metaphiſicã. Phiſica eñ cõſiderat mobilia et inſepabilia a materia in vniuerſali. tum qꝛ de ſingularibus nõ eſt ſcientia. Mathematica autẽ conſiderat ĩmobilia et ſeparabilia ſm rationez: licet talia non ſint inmobilia et ſeparata a materia ſm rem. Metaphiſica vero cõſiderat inmobilia et ſeparabilia a mãia ſcdm rem: cuiuſmodi ſunt deus ꝛ intelligentie: et ſic patet diſtinctio huius ſcientie ab alijs. ¶ Ad euidentiam diuiſionis ſcientie in practicam et ſpeculatiuaz Notandũ ſm q̈ põt elici ex dictis do. ſbti. in ꝓlo. primi ſentẽ. q̈ practicũ ꝛ ſpeculatiuum pñt dupliciter ſumi. vno mõ vt practicum ſumatᷣ ꝓ eſſe aptitudinalr̃ directiuo ſeu ꝓ ipõ duplici reſpectu aptitudinali: de quo dcm̃ ẽ in primo hui⁹. Speculatiuum vero ſumatur ꝓ negatione illius duplicis reſpectus vel extenſibilitatis ad praxim. Alio modo põt ſumi practicũ vel practibilitas pro ratione ſeu cõditõne quadã intrĩſeca ipi notitie que quidem eſt ſibi ratio fundandi talez reſpectum vel aptitudinem. Speculatiuum ſeu ſpeculabiliſ pro illa ratione intrinſeca per quam repugnat tali notitie aptitudo ſeu reſpectus aptitudinalis p̃dictus. Impoſſibile eſt enim aliquã aptitudinem cõuenire vni et repugnare alteri nature niſi ratione alicuius conditionis intrinſece. Speculatiuuz ergo et practicum primo modo non ſunt differentie eſſentiales in cõmuni. quod ꝓbatur ſic. Nullus reſpectus formaliter vel negatio reſpectus eſt differentia eſſentialis alicuius abſoluti: Sed ſcientia eſt quoddaz ens abſolutum. quia qualitas: Practicum autem primo modo dicit reſpectum formaliter ꝛ ſpeculatiuũ negationem eius: ergo practicum et ſpeculatiuum primo modo non ſunt differẽtie ſcientie in cõmuni. Si queras quid ğ ſũt? Dicendum ergo q̈ ſunt quedam paſſiones diſiuncte ſcientie in communi eodez modo quo dicimus par et impar eſſe paſſiones numeri: ſicut eñ oĩs numerus eſt par vel impar: ſic omnis ſcientia eſt ſpeculatiua vel practica. Practicum vero et ſpeculatiuum ſecũdo modo dicta ſunt differentie eſſentiales in cõmuni. Quod perſuadeo ſic. Illa que faciunt differre eſſentialiter ſpecies contentas ſub genere ſunt differentie eſſentiales eius: ſed practicum et ſpeculatiuum ſecundo modo dicta ſunt huiuſmodi: ergo ꝛc. Minor probatur: qꝛ ex quo ſcientia ſpeculatiua et practica ſunt due ſpecies contente ſub ſcientia in cõmuni: vt ſub gen

re oportet dare differentias eſſentiales :
per quas diſtinguuntur: et iſtas voco con-
ditiones ſeu rationes earum intrinſecas
per quas conuenit duplex reſpectus vni
et repugnet alteri. ¶ Notandũ inſuper ꝙ
licet practicum et ſpeculatiuum poſſint
diſtingui a fine: quia vt habet ſecũdo huius
finis ſpeculatiue eſt ſcire : practice vero
opus. Habitus tamen eſt practicus per
naturam intrinſecam notitie vt per cau-
ſam formalem: quia omne formaliter ta
le eſt tale per aliquod tale intrinſecum.
Quod ergo habitus practicus habeat talez
reſpectum ad praxim dirigendam hoc ē
formaliter per naturam intrinſecam no-
titie quam naturam habet ab obiecto vt
a cauſa extrinſeca: et ſic prior diſtinctio
practici et ſpeculatiui eſt ab obiectis ſeu
ſubiectis: quod ꝓbatur per phm in litte
ra diſtinguentem huiuſmodi ſcientias pe
nes obiecta vel ſubiecta. Item per eũdem
ſexto ethicorum diſtinguentē rationati-
uum id eſt habitum practicum a ſcienti-
fico ſiue ſpeculatiuo penes obiectũ neceſ-
ſarium et contingens: quod quidem ē in-
telligendũ non quin circa obiectum ne-
ceſſarium poſſit eſſe ſcientia practica: quia
theologia que eſt de deo eſt practica cũz
ſit directiua in dilectionē dei. Finis enī
legis ſm aplm eſt dilectio : ſed ſcientia
practica dicitur circa obiectum contin-
gens: idem circa obiectum circa quod
contingenter poteſt elici operatio vt cir
ca deum poteſt elici vel nõ elici eius di-
lectio quia poſſumus eum diligere vel nõ
diligere. Practica ergo a ſpeculatiua di
ſtinguitur: et habet primo ſuũz eſſe pra-
cticũ ab obiecto: quod probatur tali ra-
tione: quia ſcientia dicitur practica ꝓpter ex
tenſionem aptitudinalem ad opus vt di
ctum eſt primo huius. Tũc ſic: nunꝙ ap
titudo conuenit vni nature et repugnat
alteri: niſi ꝓpter aliquod abſolutum in-
trinſecum in iſta natura: quia enim hec natu
ra talis ē: igitur ſibi competit vel nõ cõ-
petit aptitudo : igitur preſupponit ī iſta
ſcientia aliquam conditionem intrinſe-
cam per quam conuenit ſibi aptitudo ta

lis. Iſta autem ſcientie conditio in ſe eſt
ab aliqua eius cauſa priori. Prime aũt
cauſe eius ſunt intellectus et obiectũ: er-
go practicum eſſe cõuenit ſcientie ab ob
iecto vel ab intellectu. hoc aũt non cõue
nit ſibi ab intellectu: quia tunc omīs no-
titia eſſet practica: ergo cõuenit ei ab ob
iecto.

¶ Cõtra quia finis ē cauſa prima ſm Auic.
ſexto metaphiſ: ergo a fine põt eſſe ſcien
tia talis nature vt ei cõueniat talis apti-
tudo. Reſponſio: finis non eſt cauſa niſi
inquantum deſideratus et amatus mouẽz
efficiens ad agendum: aptitudo ergo di
cta conuenit ſcientie ſiue ſit finis amatus
ſiue non: quia poteſt eſſe in intellectu di
cta ſcientia qualitercunq; voluntas ſe ha
beat. Exempli gratia: Scientia ſcriben-
di poteſt eſſe in anima ſiue voluntas amet
opus ſiue non. Talis ergo aptitudo nõ
competit ſcientie a fine tanꝙ a finali cau
ſa: quia nihil ineſt ab aliqua cauſa quod
ineſt etiam cauſa illa non cauſante. Sci
entia dicitur igitur practica ab obiecto:
ita ꝙ impoſſibile eſt circa idem obiectuz
eſſe ſcientiam practicam et ſpeculatiuaz
¶ Si dicas ꝙ medicina diuiditur in pra-
cticam et ſpeculatiuam: et tamen ipſa eſt
de aliquo eodem ſubiecto: puta de ſani-
tate vel corpore ſanabili. ¶ Pro rñſione di
cendum ꝙ quãdo accipitur aliquod me
dium inter duo extrema quanto plus re
cedit ab vno extremo : tanto plus acce-
dit ad aliud extremum. Nunc autē ſci-
entia pure practica et pure ſpeculatiua
que ſcz practica eſt natura inmediate eſ
ſe conformis praxi eliciende que eſt par
ticularis practica : ſunt quedam extre-
ma inter que eſt ſcientia media practica
vniuerſalis que ſcz non eſt apta nata eſ-
ſe conformis inmediate praxi eliciende:
et ideo poteſt dici aliquo modo ſpeculatiua
reſpectu ſcientie practice particularis:
que inmediate dirigit in praxim elicien
dam : ita poteſt poni ars ſpeculatiua re-
ſpectu habitus experti: quia ars tanꝙ vni
uerſalior habitus non ita inmediate di-
rigit: ſicut hũ' apparet primo huius. Ar-

tifex enī frequēter errabit: expertus aūt nō
errat: ſic in ꝑpoſito poteſt diſtingui me-
dicina in theoricam ſeu ſpeculatiuam: q̄
ſcʒ eſt de vniuerſalibus cauſis et curis:
Et in practicā q̄ eſt de pticlarib⁹ et pro-
pinquis praxi: tñ ſm veritatem illa vni-
uerſalis que reſpectiue dicitur ſpecula-
tiua eſt practica ſimpliciter. qꝛ virtualiṫ
includit pticularem practicam: ⁊ eſt di-
rectiua praxis: licet mediate. de hoc no-
ta ea q̄ dicta ſūt vltimo ca. tertij de aīa.
¶ Iuxta aūt diſionē trimēbrem ſcientie
ſpeculatiue prius poſitam idē doctor in-
quirit in hoc ſexto primo de ſcientiarum
diſtinctōne. ſecūdo de ariſtotilis intenti
one. Quantū ad primū dicit q cū habi-
tus intellectus ſit quedā qualitas gene-
rata ex frequenti conſideratōe vel ex vni
ca pfecta inclinās quādoqꝫ ad conſilem
conſiderationē reſpectu cōplexi ſpeculā
di pōt poni duplex habitus: vnus ꝓpri-
us qui formaliṫ inclinat ad ſpeculatōem
eius tanq̄ naturalis ſimilitudo ex ei⁹ cō
ſideratōne derelicta. Alius ponitur ha-
bitus qui vtualiter inclinat ad ſpecula-
tionē alterius: in quo tale cōplexū virtu
aliter cōtinetur. Primo mō ſūt tot ſciē-
tie diſtincte ſpecie quot ſūt ſcibilia illo⁹:
quod ſic ꝓbatur. Habitus innoteſcunt p
actus: ſed reſpectu diuerſarum concluſi
onum ſūt diuerſi actus ſciendi diſtincti
ſpecie: ergo et habitus ſpecie diſtincti.
Minor ꝓbatur: qꝛ actus ſciēdi circa di-
uerſas concluſiones ſunt diſtincti plus
q̄ numero: ꝰ ſpē. Cōſequētia pꝫ: qꝛ dr̄ia
maior drn̄tia nūerali ē dr̄ia ſpecifica vel
maior ſpecifica. ꝓbatio añtis. qꝛ ſi non
tunc plures actus circa diuerſas cōcluſi
ones non plus diſtinguerent q̄ act⁹ ſci-
endi circa eandem cōclōem freq̄ntere li-
citus. Patet ergo q ſm eundē modum
tot erūt ſcientie ſpecie diſtincte quot ſūt
demōſtrabiles cōcluſiones. Sciētia eñi
eſt habitus concluſionis demōſtrate: ex
primo poſteriorū. Secūdo autē mō pt
eſſe vnus habitus reſpectu multoꝝ com
plexorum: cum eñi cōcluſiones ſūt in di
uerſis principijs virtualiter ⁊ principia
ſint virtualiter in ſubiecto: qꝛ termin⁹ ſb
iectus includit p̄dicatū in primis princi
pijs: ⁊ hoc vel eſſentialiter ſi ſunt p ſe p-
mo⁹ vl vtualiter ſi ſūt p ſe ſecūdo⁹. Ma
niſ ſic eſt ſequitur q in ſubiecto incom
plexo quidditatiue cognito virtualiṫ cō
tineantur principia et concluſiones d ta
li ſubiecto: et ſic tota notitia q̄ de ſubie-
cto illo nata eſt haberi et etiam vlterius
que nata eſt haberi de alijs p rōem ei⁹ ⁊
Siue ſint inferiora cōtenta ſub ipſo ſiue
ſint aliqua attributa ad ipſū vt ad primū
oīa vtualiter continētur in illo ſubiecō
ita q habit⁹ q̄ inclinat formaliṫ ad ſpecu
landū tale ſubiectū ſm rōem quidditati
uam inclinat etiā vtualiter ad oīa cō-
plexa predicta. Sed primo ad cognoſcē
dum ipa de ſubiecto ipo: p ſe aūt nō pri-
mo ad cognoſcendū de alijs p rōem ei⁹:
⁊ ita reſpectu omniū iſtoꝝ ē vnus habi-
tus virtualiter. Prima ergo diſtinctio
ſcientiarū ſm concluſiones ſcitas pt po
ni eē ſm ſpecies ſpecialiſſimas: Sꝫ iſta
que ē ſm vtualiṫ cōtinere pt poni diſtin
ctio ſm genera ꝓxima ſic intelligendo:
q in vna noticia ſubiecti oēs ſcientie
primo modo dicte virtualiter contēte ſt
vnius generis tm̄. Sed noticia cōtinēs
eſt vna ſpecie ſicut et ſubiectū eius. Et
hoc mō pt intelligi illō pmo poſterioꝝ:
q vna ſcientia ē vnius generis ſubiecti:
que ſcʒ ē vna vel vnitate ſpecifica vl vni
tate generis proximi modo p̄expoſito.
Vltra ſcientiam ſecundo modo dictā ē
vnitas ſcientie minor que ē reſpectu mlt
torum terminorum et complexorū ad q̄
non inclinat virtualiter vnus habit⁹ ſub
iecti: nec primo nec per ſe: vt dicebatur
in ſecundo mō ſed tm̄ in potentia ⁊ i vni
uerſali: ſicut eſt habitus inclinās forma-
liter ad cōſiderādū ꝓpa inferiorū de ip-
ſis tantū in vniuerſali que ſcʒ ſcienda ſt
per ꝓpas rationes inferioꝝ et nō p natu
ram coīs. Iſta ē vnitas minia: et pōt di
ci vnitas generis remoti intelligendo ſi
mili modo: vt preexpoſitum eſt in ſecun-
do⁹ de ſcientia virtualiter que in ſe eſt
vna ſpecie: ſed ſcientie omnes in iſta

contente modo p̄dicto ſunt vna generis
remoto. ¶ Quātum ad ſcōm dico ꝙ a.
primū eſt ꝙ loqͥt ibi ꝺ ſciā ſpeculatiā re
ali ſcȝ que ꝯſideꝛat intentiones pꝛimas
abſtractas a ſingularib⁹ reb⁹ ⁊ dictas
de illis in quid: ꝑ hoc excluditᷣ logica q̄
eſt de ſcdā intētione: q̄ ꝺ nulla re prime
intentiōis p̄dicatᷣ in quid. Scōm dictū
eſt ꝙ loquitᷣ.p.hic.de ſciā ſpeculatiua
ſtricte ſumpta: que ſcȝ ex natura rei et
ſubiecti ordinatᷣ ad ſcire tm̄ tanꝙ ad fi-
nē: ⁊ nūꝙ ordinatᷣ ad ſcire directiuū in
aliqua opatione q̄ nō eſt eſſentialitᷣ ſpe-
culatio ꝑ qꝺ excluditᷣ practica vl'is q̄ eſt
largo mō ſpeculatiua dicta eo mō q̄ me-
dicina vl'is theorica noīatur. Tertium
dictū eſt ꝙ.p. loquitᷣ hic de ſcientia ſpe
culatiua poſſibili acquiri ab hoīe lumīe
naturali intellect⁹ ſcȝ ex pꝛincipijs co-
gnitis via ſenſus: qꝛ nr̄a cognitio oritᷣ a
ſenſu p̄mo poſteriox: ꝑ qꝺ excluditᷣ ſpe
culatiā cognitio ꝺ ſubſtātijs ſeꝑatis q̄n
tū ad ꝓpꝛia ipaꝝ: vt dicetᷣ infra. Sciā
ḡ ſpeculatiua cū triplici determinatiōe
p̄dicta ſufficienter hic diuiditᷣ a pho in
ꝑtes tres ſic intelligēdo: ꝙ illa diuiſio ē
pꝛimaria que ſcȝ eſt in diuidētia cōten-
ta īmediate ſub diuiſo: qꝺ ſic pȝ qꝛ ta-
lis diuiſio nō poteſt eſſe in ſciās haben-
tes vnitatē pꝛimo mō: qꝛ iſte ſunt ſpeci
aliſſime ſpecies ⁊ remotiſſime a diuiſo:
quare oꝑtet ꝙ ſit in habentes vnitatem
ſcdo aut tertio modo: ſed iſtarū vnitatū
vtraqȝ corrn̄det vnitati ſubiecti virtua-
liter ꝯtinentis totā ſciam: vt dictū eſt ſ.
ergo ſequitᷣ ꝙ ſm̄ diſtinctionē taliū ſub
iectox oportet eſſe diſtinctionē talium
ſcientiax. Hāc cōcluſionem ſic expoſitā
ꝓbo ſic: ſubiecta p̄ma ꝓpꝛie ſpeculabi-
lia, ⁊ realia de quib⁹ poſſunt ſciri aliqua
via ſenſus ſunt tria tm̄: ergo tm̄ ſūt tres
ſcīe ſpeculatiue reales ⁊ ꝓpꝛie ſcibiles
naturaliter via ſenſus. ꝯn̄s eſt euidēs ex
p̄dictis: an̄s ꝓbatᷣ ſic qꝛ ab omnib⁹ ſpe-
cieb⁹ cōib⁹ pōt abſtrahi vnū cōe qꝺ eſt
ens habēs ꝓpꝛias paſſiones ex quarto
hui⁹: vt ſunt oīa tranſcendētia puta bo
nū vnū act⁹ ⁊ poñā ⁊c. ḡ de ente eſt aliq̄
ſcientia poſſibilis q̄tū ad tales paſſio-
nes ⁊ etiā neceſſaria: qꝛ cognitio nr̄a ꝓ
cedit a cōibus ad ꝓpꝛia ex pꝛimo phico
rū. Ens aūt eſt ſubiectū reale: qꝛ p̄dicatᷣ
de reb⁹ in q̄d ⁊ eſt ſubiectum ſpeculabi-
le ꝓpꝛie: qꝛ circa ens inquātū ens nō eſt
nata eē ſpeculatio aliqua directiā in ali-
qua opatione q̄ ſit vere pꝛaxis alteri⁹ ge
neris a ſpeculatione. Item paſſiōes ei⁹
pn̄t oſtendi de ipo ex pꝛincipijs cognitꝭ
via ſenſus habem⁹ ḡ vnū ſubiectū p̄mū
qꝺ habet oēs conditiones p̄dictas: ⁊ ſic
pȝ pꝛima ꝑs an̄cedētis. Alteri⁹ qꝛ habi
tus in vl'i nō eſt reſpectu ꝓpꝛiox niſi in
potentia tm̄: ⁊ ſm̄ quid: ⁊ ad hoc ꝙ in-
tellectus circa aliqua ſpeculabilia pfi-
ciatᷣ oportet deſcēdere inferi⁹ ⁊ querere
ſubiecta ſpecialia. ¶ Notādū ergo pꝛio
ꝙ ſub ente occurrūt p̄mo decē gn̄a gn̄a
liſſima de qb⁹ ex pꝛīcipijs notis via ſen
ſus nō ſunt demonſtrabiles aliq̄ paſſio-
nes ꝙ tranſcendētes: ⁊ ideo nulli illo-
rū eſt ſubiectū alteri⁹ ſciētie ꝙ metaphi
ce. Alteri⁹ ſi oportet diuidere ad inue-
ſtigandū ſubiectū alicui⁹ ſcīe: non opoꝛ
tet ꝓcedere diuidēdo aliqꝺ gen⁹ acci-
dentis: qꝛ qꝺlibet iſtox ⁊ quelibet ſpe-
cies cuiuſlibet iſtox in aliq̄ ſpecie ſube
mediate vel immediate virtualiter cōti-
netur. Et ita ſi quodcūqȝ iſtox poneretᷣ
ꝓ ſubiecto: licet forte haberet aliquam
paſſionē ꝺ ſe ſcibilē nō tm̄ eſſet ſubiectū
quare nō accipitᷣ pꝛima diſtinctio ſcien-
tiax penes aliqꝺ iſtox. Oportet igitᷣ di
uidere ſubām p̄ciſe vt ſubiectū p̄mum
habeatᷣ alteri⁹ ſcīe a metaphiſica: diui-
ſa aūt ſubā ꝑ coꝛpoꝛeam ⁊ incoꝛpoꝛeam
alterū mēbꝛū ſcȝ incoꝛpoꝛeū ponitᷣ ꝑtine
re ad metaphiſicā: cui⁹ rō ē: qꝛ ſi ſubā ī
coꝛpoꝛea habeat paſſiones ſibi p̄mo in-
herētes n̄ tm̄ nobis ſcibiles via ſenſus:
ſed ſic ſunt note de ipſa ſole paſſiones
entis. Unde verū eſt ꝙ illa ſubā eſt ſub
iectū reſpectu ſcientie ſpeculatiue poſſi-
bilᷣ intellectui potenti in cognitionē ip-
ſarū ſub ꝓpꝛia ratione ſȝ nō nobis. Re-
ſtat igitᷣ ſubſtātia coꝛpoꝛea cui abſolute
cōſiderate ineſt pꝛimo quātitas ꝯtinua

et ſm aliquos diſtreta ⁊ mediante quā titate omnia que ſequnt̄ q̄ntitatē vt ſūt relationes fundate ſup quātitatē: ⁊ qualitates quarte ſpeciei: ⁊ iſte paſſiōes ſūt de ipa cognoſcibiles ex principijs notis via ſenſus: ḡ ipa eſt vel poteſt eſſe ſubiectum ſcientie ſpeculatiue poſſibilis nobis ⁊ alterius a metaphiſica: ⁊ hec vocat̄ mathematica: que q̄ulꝫ dicat̄ eſſe ō quāto ſiue quātitate iō ē: qꝛ mathematica nō multū cōpat quātitatē ad ſubam corporeā: ſed poſteriores paſſiones ad quātitatē que eſt prima paſſio ſubſtātie corporee. Et qꝛ iſta nota ē ī eē ſubiecto ⁊ ideo ſupponit̄ vt formalis rō ſubiecti poſteriorꝝ paſſionū: tū ſm rei veritatem pmū ſubiectū v̄tute cōtinēs oīa ē ſuba corporea: et ſic ptꝫ alia ps añcedentis. Alteriꝰ eadē ſubſtātia corporea nō contracta ad inferiꝰ: ſed alio mō cōſiderata inquantū ſcꝫ habet formam que eſt p̄ncipiū determinatē opationis ⁊ motꝰ ⁊ q̄ etis habet multas paſſiones ſic ſibi īherentes ⁊ ſcibiles p viaꝫ ſenſus: Ergo q̄ ad iſtas paſſiones eſt alia ſpeculatia tertia q̄ dicit̄ phiſica ſiue naturalis: ⁊ ſic ptꝫ tertia pars añtecedentis. Preter iſtas tres nō pōt inueniri aliqua ſcia ſpeculatiua que non cōtineat̄ ſub aliqua iſtaꝝ: puta ſi ſit de aliq̄ ſubſtātia inferiori: vel in aliqua iſtaꝝ includat̄: puta ſi ſit ō aliquo accidente: ḡ tm̄ ſunt iſte tres diuidentes primo ſciam ſpeculatiuā penes tria ſubiecta habentia cōditiones ſuperius expſſas: ⁊ ſic ptꝫ totū añs. ſic igitur ad queſtionē. ¶ Notādū inſup q̄ non ē inconueniēs tractari de eodē in pluribꝰ ſcientijs: ſm tñ aliā ⁊ aliā rōnē vt metaphiſica tractat de quātitate inquātū eſt ps entis: ⁊ habet rōnē entis: phiſica āt vt poteſt eſſe ſubiectū motus mathematica aūt ſub p̄ciſa rōne quātitatis.

## Sed quoniā ens ſimplicit.

¶ Hic oñdit ari. de quibus entibꝰ hec ſcientia p̄ncipaliter tractare intendat. Et primo oñdit q̄ nō tractat de ente p accidens. Scdō q̄ nec de ente q̄ ē ideꝫ qđ verū ibi. Quod aūt q̄ verū. Circa p̄mū dicit q̄ cū de ente p accidens nō poſſit eſſe aliqua ſcia: metaphiſica nō erit ō ente p accidēs. ¶ Ad cuiꝰ euidentiam ſco. ponit hic aliquas diſtictiones: deinde oſtendit aliquas cōcluſiones. de p̄mo ſit iſta prima diſtinctio: q̄ Ens p accidens ō: dupliciter: vno mō vt ly p accidēs priuat pſeitatē in entitate ſm ſe: ⁊ ſic aggregatū ex rebꝰ diuerſoꝝ generꝝ ō: ens p accidēs ſiue nominet̄ vno noīe vt albū qđ importat ſubiectū cū accidente ſiue noīet̄ diuerſis noībus vt quātum albū: muſicū albū. Alio modo vt ly p accidēs priuat pſeitatē rei nō in ſe ſed in cōpatione ad aliquā cām p̄ter cuiꝰ intētionē euenit vt caſuale vel fortuitum. ¶ Scda diſtictio ſit iſta q̄ ſcia pōt diſtīgui vel ſm vnitatē ſpeciei ſpēaliſſime vł generis intermedij ⁊ ppinqui vel etiā generis remoti ſicut dictuꝫ eſt ca. p̄cedēti. ¶ Tertia diſtinctio ſit iſta q̄ aliquid pōt ſciri dupl'r vel abſolute vel reduplicatiue. ¶ Quantum ad ſcdm ſit iſta prima cōcluſio: de ente p accidēs p̄mo mō acciplēdo nō pōt eſſe ſcia pſe vna vnitate ſpeciei. Iſta oſtendit̄ ſic: vniꝰ ſcibilis iſto mō eſt p ſe vna cauſa: ſed tale ens p accidens nō poteſt eſſe vna pſe cauſa: ḡ ⁊c̄. pbatio minoris: qꝛ cū tale ens nō ſit aliquod vnū ens p ſe nō poterit p ſe eē cauſa alicuiꝰ viiꝰ paſſionis: ⁊ ideo ō tali nihil demōſtrat̄ niſi p alterū conceptū quē includit: ⁊ ideo illi cōceptui pſe ineſt tale demonſtratū: nō aūt toti cōpoſito niſi p accñs: ḡ ſcientia vna ſpecie que ſcꝫ eſt cōcluſionis demōſtrate nō eſt pſe niſi de altero cōceptu ī tali ente cōplexo incluſo. ¶ Scda cōcluſio ſit iſta: q̄ de ente p accidens primo mō dicto pōt eſſe ſciētia vna vnitate generis pximi vł remoti. hoc oſtēdit̄ ſic: Unius intelligibilis plures paſſiones virtualiter cōtinentis poteſt eſſe vna ſcientia vnitate generis pximi vel remoti: ſed ens per accñs primo mō eſt hmōi: ḡ ⁊c̄. pbatio minoris: qꝛ tale ens eſt aliquo modo vnū ītelligibile ſcꝫ vnico actu qui eſt p ſe eiꝰ vt

obiecti licet nõ ſit p ſe vn⁹: nõ eñi ita impoſſibile eſt hominẽ albũ vnico actu intelligendi cõcipi ſicut hominẽ ⁊ aſinũ: nec tñ ita ſimplici ⁊ pſe vno actu cõcipiendi ↄcipitur hõ albus ſicut homo. Tali ḡ enti nat⁹ eſt correſponderi habitus ex talibus actib⁹ generat⁹ licet talis habit⁹ nõ ſit vn⁹ ſicut ille q̄ eſſet alteri⁹ ptis tñ. ¶ Confirmatur qꝛ ſcĩa ſubalterna eſt de ente p accidens pmo modo vt patet tã inducẽdo in pſpectiua: muſica. ⁊ aſtronomia: qꝛ de linea viſuali multa pbat pſpectiu⁹ que p ſolã rõnẽ linee nõ inſunt alioquin pſpectiua eſſet pura geometria. Similiter oñdit multa que p ſolã rõnẽ viſualitatis nõ inſunt: alias eẽt pura naturalis: ḡ quicq̃d eſt ſubiecti ei⁹ includit ambo: que quidẽ non ſunt niſi vnũ p accñs. Tum qꝛ quelibet talis ſcientia ſubalternat duab⁹: vtriuſqꝫ eñi cõcluſiones cõtinent in ea p pricipijs qd nõ eſſet niſi ei⁹ ſubiectũ ſubiecta includeret ambarũ. ¶ Sequũtur alie due cõcluſiones que ſunt de ente p accidẽs ſcũdo mõ dicto. ¶ Prima ẽ hec: d ente p accidens ſcdo mõ reduplicatiue ſcꝫ inquantũ eſt ens p accñs nõ põt eſſe ſcĩa. hoc ptꝫ p arſ. qꝛ omne illud de quo eſt ſcĩa: vel eſt ſemp vel frequẽter: ſed ens p accñs nõ eſt hmõi: ḡ ⁊c. minor ptꝫ: qꝛ ens p accñs ſcdo mõ dicitur p accñs p cõpatiõnẽ ad aliquã cauſam pter cui⁹ itentionem euenit qñqꝫ: nõ tñ ſemp nec frequẽter: Et ideo vt ſic tale ens p accidens nõ eſt ſcibile. ¶ Secunda cõcluſio ſit iſta: de ente p accñs ſcdo modo dicto nõ reduplicatiue ſed abſolute ſũpto poteſt eſſe ſcĩa: hoc oſtenditur ſic: omne illud qd habet cauſam determinatã a q̄ euenit ſemp vel frequẽter eſt ſcibile per illã: ſed ens p accidẽs ſcdo mõ nõ inqñtũ ens p accñs ſꝫ abſolute ſũptũ ẽ hmõi ḡ ⁊c. pbatio minoris: lꝫ eñi ex ↄpatiõe ſolis ad zodiacũ nõ poſſit ſciri q̄ pluat ſub cane: qꝛ vt ſic nõ hꝫ cã pluuie: tñ ex cõpatione alteri⁹ planete ad ſolẽ vel ad aliũ planetã: vl' ad ſtellas fixas: vl' ex cõpatiõe multoꝝ ſimul poſſunt ſciri q̄ ſũt cõe ⁊ vrẽtia ⁊ ſunt cauſa pluuie vt i plurib⁹: ⁊ ſic generaliter etiã in alijs. nullũ eſt eñi ens p accñs reſpectu alicui⁹ q̄ ñ ſit p ſe effect⁹ reſpectu alteri⁹ vel alioꝝ cõcurrentium.

**Quod autẽ vt verum ens.**

¶ Hic arſ. d ente determinat qd ſignificat vitatẽ ppoſitiõis: Circa qd duo facit. primo determinat qualiter dicatur hmõi ens: ſcdo mõ remouet ipm a pncipali cõſideratione hui⁹ ſcĩe. ¶ Quo ad pmũ dicit q̄ ens q̄ddã dicitur quaſi verũ. i. q̄ nihil aliud ſignat niſi veritatẽ. Cum eñi interrogam⁹ ſi hõ eſt aĩal rñdetur q̄ eſt p qd ſignat ppoſitionẽ premiſſam eſſe verã: ⁊ eodem mõ nõ ens ſignat quaſi falſum. cũ eñi rñdet nõ eſt ſignificat q̄ ppoſita orõ ſit falſa. h⁹ igit ens cõſiſtit circa ↄpoſitionẽ ⁊ diuiſionẽ ſiue affirmationẽ ⁊ negationẽ. Quo ad ſecũdũ excludit hmõi ens a pncipali cõſideratione hui⁹ doctrine dicẽs q̄ ↄpoſitio ⁊ diuiſio in q̄bus eſt verũ ⁊ falſum ẽ in mẽte ⁊ nõ in reb⁹: cõſiſtit eñi in q̄dam cõpatione duorum conceptoꝝ ſiue illa duo ſint idem ſm rem ſiue diuerſa. Utitur eñi intellectus quãdoqꝫ vno vt duobus ↄpoſitionem formans: ſicut cũ dicit homo eſt homo. Ex quo patet q̄ talis cõpoſitio eſt ſolũ in intellectu ⁊ non in rebus. Tale ergo ens cũ ſit ens rationis excludit a ratiõne metaphiſice que ẽ ſcientia realis. ¶ Ad cui⁹ euidentiam ſm ſcotum in hoc ſexto ponam aliquas diſtinctiones. Secundo oſtendã aliquas concluſiones. d primo ſit iſta pma diſtinctio: q̄ veritas eſt duplex q̄ quedã eſt in rebus ⁊ quedã in intellectu ¶ Scda diſtinctio ẽ iſta q̄ veritas i rebus ſumit dupli: vno⁹ ſm ſe ⁊ abſolute ſm rẽ. Alio mõ ſm cõpationẽ ad ↄgnoſcibilitatẽ ⁊ intelligibilitatẽ. Prio ſumit tripl': vno mõ vt dicit abſolute conformitatẽ pducti ad pducẽs. Alio⁹ determiate vt dicit ↄformitatẽ pducti ad pducẽs ſm imitatõẽ Alio modo vt vltra iſtã imitationẽ addit adequationem

primus modus iſtoꝝ triū licet videatur
eſſe cōis ſcđo ⁊ t̃tio: tñ ſi reſpect⁹ veri i=
ponat̃ ad ſignificandū qđcūq; iſtoꝝ triū
ſm ꝓpriā rōnē eſt equiuocū. Scđs aūt
modus inuenit̃ ĩ creatura que imitat̃ ex
emplar diuinū vel creatū a quo ꝓducit̃
cui ālīq̃ mō aſſimulat̃. Terti⁹ modus ĩ=
uenit̃ in filio dei q̃ eſt veritas in quo eſt
ſūma ſimilitudo ad ꝑmū ꝓducēs ſm au
guſti. hec eñ eſt cōformitas cū adequa=
tione. ¶ Scđo aūt mō ꝑncipali vt ſcʒ ē
veritas in rebus ꝑ cōꝑationē ad intelle
ctū dicit̃ res vera tripliciter. vno modo
q: quātū eſt de ſe eſt manifeſtatiua cuicū
q; intellectui potēti manifeſtationē cog
noſcere Alio mō q: eſt aſſimilatĩa intel=
lectus ſibi aſſimilabilis puta mediante
actu vel aliqua ſpecie que nō eſt niſi in=
tellectus creati. Alio modo q: facta ma
nifeſtatione vel aſſimulatione res eſt in
intellectu ſicut cognitū in cognoſcente.
Et ſciendū q̄ ille ſcđs ternarius diſtin=
guit̃ a ꝑmo: q: habitudo ad ꝓducētē ⁊ ĩ
telligentē eſt alia ⁊ alia: licet idē ſit quā
doq; ꝓducēs ⁊ intelligēs. ¶ Tertia di
ſtinctio ſit iſta q̄ veritas in intellectu ē
duplex ſm duplicē ei⁹ oꝑationē: ſm q̃=
rū vtrāq; natus eſt cōformari obiecto vt
menſuratū mēſure q̃nto hui⁹. c. ꝯ aliq̃d.
vna veritas dicit̃ cōplexa alia ĩcōplexa.
veritas incōplexa eſt habitudo cōformi
tatis vel ſimilitudinis act⁹ ſimplicis ad
obiectū ſimplex ĩtelligibile: ꝟitas āt cō
plexa ad obiectū cōplexū. vel ſm alios
veritas cōplexa eſt ꝯformitas inter ſub=
iectū ⁊ ꝑdicatū. Eſt aūt dr̃ia inter verita
tē cōplexam ⁊ incōplexā: q: veritati ĩcō
plexe nō opponit̃ falſitas ſed ignorātia
tm̄: ⁊ ſic intelligit̃ illud tertij de aīa. Qz
intellectus circa qđ q̃d eſt: eſt ſemꝑ ve=
rus: qđ eſt intelligendū ꝑ̃ciſe circa cōce
ptū ſimpliciter ſimplicē. Nā intellect⁹
ſimplex circa cōceptū nō ſimpliciter ſim
plicē: lʒ nō poſſit eē formaliter falſus tñ
pōt eſſe virtualiter falſus appꝑ̃hendēdo
aliquid ſub determinatione ſibi nō ꝯpe
tente. vnde q̃nto hui⁹. c. ꝯ falſo dicitur.
Qz eſt aliqua rō in ſe falſa ⁊ tñ illa ratio
in ſe falſa eſt intelligibilis in ſimplici ap
ꝑ̃henſione Scđe aūt veritati ſcʒ ꝯplexe
opponit̃ ignorātia priuatiue et falſitas ꝯ̃=
rie qũ ſcʒ vniunt̃ in intellectu q̃ in re nō
ſunt vnita. ¶ Dubiū tñ eſt an hec veri=
tas et illa ſit relatio realis vel rōnis. de
veritate incōplexa videt̃ dicendū q̄ cuʒ
ſit in tertio modo relatiuoꝝ q̄ ſit realis
ex ꝑte oꝑationis: q: oꝑatio depēdet ad
obiectū vt mēſuratū ad mēſurā: ſed ē ra
tionis ex ꝑte obiecti. Tuʒ q: obiectū vt
ſic hʒ eſſe diſtractū: q: eſſe ꝯgnitū diſtra
hit ab ente. Tū q: eſt mēſura que nō de
pendet eſſentialiter ab oꝑatiōe mēſura
ta. ¶ De veritate cōplexa dicēdū eſt eo=
dē mō ſi illa ſit ipa operationis cōformi
tas ad obiectū vt ꝑdictū eſt. Si aūt ſm
aliā viā ſit conformitas inter ꝑdicatū et
ſubiectū: tunc circa vtrūq; erit relatio ra
tionis: q: extrema vt ſic ſunt entia ratio
nis ſupra que fundat̃ hmōi cōformitas.
¶ De ſcđo pricipali ſit iſta prima ꝯclō:
Veritas in intellectu ſm oꝑationē cōm
plexā nō eſt de cōſideratione metaphiſi
ce. Ratio hui⁹ eſt: q: talis veritas vel ē
relatio realis vl̃ ſolū rōnis ſm duas opi
niones. Si ē real̃ ꝑtinet ad librū de aīa
vbi agit̃ de potētijs ⁊ actib⁹ aīe. Et nā
eñ act⁹ intellect⁹ cognoſcit̃ quō ē fūda
mētū talis relationis. Si vero ē relatio
rōnis ſm aliā opinionē tūc ꝑtinet ad cō
ſiderationē logici. cui⁹ ē cōſiderare poſ
ſibile: ⁊ ĩpoſſibile alios modos cōponē=
tiū. Tālr̃ dicēdū ꝯ ꝟitate ĩcōplexa ĩtelle
ct⁹. ¶ Scđa ꝯclō ſit iſta: veritas in reb⁹
primo modo ſumpta ſcʒ ꝑ cōꝑationē ad
ad ꝓducētem ꝑtinet ad cōſiderationeʒ
metaphiſici. hoc oſtendit̃ ſic: illud verū
reale qđ nō ꝯtrahit ens ad motū nec ad
quātū ꝑtinet ad ꝯſiderationē metaphi=
ſici. Sʒ veꝝ reale ꝑmo° dictū ē hmōi: ḡ
⁊c̄. ꝓbatio minoris q: vt pʒ ex ꝑdict rea
le verū reperit̃ ĩ oīb⁹ vbi nec ē motus
nec q̃ntitas. ¶ Tertia ꝯclō ſit iſta: verū
reale ſūptū ꝑ ꝯꝑatiōʒ ad ꝯgſcētē ꝑmo°
iſtoꝝ triū ꝑtinet ad ꝯſideratiōʒ metaphi
ſici: ꝓbatio h⁹. q: t̃le veꝝ ꝯuertit̃ cū ente
ḡ ꝑtīʒ ad metaphi. ſic ens cū q̃ ꝯuertit̃

añs patet. qꝛ omne ens ꝗtũ eſt de ſe eſt manifeſtatiũ ſui cuicunqꝫ intellectui potenti cognoſcere. ¶ Quarta cõcluſio ſit iſta verũ reale ſumptum ꝑ compatioem ad cognoſcẽtẽ ſcḋo ⁊ tertio iſtorum modorũ triũ nõ ꝑtinet ad metaphiſicũ. rõ de ſcḋo modo eſt: qꝛ tale verũ cõtrahit ad actũ determinatũ nec cõuertit cũ ente patet: ergo nõ ꝑtinet ad metaphiſicũ qui conſiderat ꝺ ente: ratio aũt ꝓ tertio modo eſt: qꝛ tale verum eſt ens diminutũ ⁊ ens logicũ. ⁊ ideo ꝓprie vt ſic excluditur a metaphiſico: ꝯuertit tñ cum ente aliqualiter. qꝛ logic⁹ cõſiderat omnia aliqualiter vt metaphiſicus: ſed modus cõſiderationis eſt alius ſcilicet per quid reale: ⁊ ꝑ intentionẽ ſecũdã ſicut ẽ cõuertibilitas entis ſimpliciter ⁊ diminuti qꝛ neutrũ alterũ excedit in cõitate: quia quicqͩ eſt ſimpliciter ens poteſt eẽ ens diminutũ: quatenus omne ens põt eſſe cognitũ vl' intellectũ. Si arguat cõtra p̃dicta ꝙ verũ qḋ eſt in cõpoſitione ⁊ diuiſione nõ debeat ſeparari a conſideratione metaphiſici: qꝛ a quo non excludit cõſideratio cauſe nec effectus. ſꝫ iſta veritas in intellectu eſt effectus entitatis realis: iuxta illud in p̃dicamentis. Ab eo ꝙ res eſt vel non eſt dicit oratio vera vel falſa. ¶ Reſpondeo maior eſt vera de cauſa totali nõ aũt ſic eſt in ꝓpoſito qꝛ res non eſt cauſa totalis hui⁹ veritatis: ſed requirit intellectus ꝯponẽs p̃dicatũ cũ ſubiecto. ¶ Impugnat etiã hic doctor ponẽs veꝝ obiectũ eſſe intellectus: quia intellectus non ſolũ intelligit verũ ſub ratione veri: ſꝫ etiam bonũ ſub ratiõe boni cũ ponat drĩaꝫ inter illa.

## Explicit liber ſextus metaphiſice.

## Incipit liber ſeptimus metaphiſice.

## Ens dicit multiplr.

¶ Poſtꝗ ariſto. remouit a principali hui⁹ cõſideratiõe ſcientie ens ꝑ accidẽs ⁊ ens qḋ ſignat veꝝ: ibi incipit determinare de ente ꝑ ſe qḋ eſt extra aĩam de quo ẽ pñcipalis ꝯſideratio hui⁹ ſciẽ. Diuidit aũt iſta pars in duas ꝑtes qꝛ ĩ prima determinat de ente inꝗtum ens. Scḋo de primis principijs entis in vndecimo ⁊ duodecĩo hui⁹. Uno ad p̃mũ primo determinat de ente ſm ꝙ diuiditur in decẽ p̃dicamẽta. Circa qḋ duo facit. Primo eñ oſtendit ꝙ ad determinandũ de ente ꝓut in decẽ p̃dicamenta diuidit oportet determinare de ſola ſubſtantia. Scḋo incipit determĩare de ſubſtantia ibi: dicit aũt ſubſtãtia. Intendit autẽ in prima ꝑte talem rõnem ponere illud quod eſt primum inter entia quaſi ens ſimpliciter ⁊ nõ ſm quid: ſufficienter demõſtrat naturã entis: ſed ſubſtantia eſt hmõi: ergo ſufficit ad cognoſcendã naturã entis determinare de ſubſtãtia. ¶ Ad declarationẽ ãt minoris duo facit: primo eñ oſtendit ꝙ ſubſtãtia ſit primum ens: ſcḋo oñdit quõ dicat primum. Circa primum vtitur tali ratione illud qḋ eſt ꝓpter ſe ⁊ ſimpliciter ĩ vno quoqꝫ genere eſt p̃⁹ eo qḋ eſt ꝓpter aliud ⁊ ſm quid: ſed ſubſtantia ẽ ens ſimpliciter ⁊ ꝓpter ſeipſam: omnia aũt genera alia a ſubſtãtia ſunt entia ſm quid ⁊ ꝓpter ſubſtantiã: ſunt eñ entia eo qḋ taliter entis. i. eo qḋ habent aliquã habitudinẽ ad ſubſtantiã. vnde nõ eſt poſſibile aliqḋ eoꝝ ſeparari a ſubſtantia: ergo ſubſtantia eſt prima inter omnia entia. Deinde oſtendit quõ eſt primũ ens dicens: ꝙ ſubſtantia eſt primũ ens ſm tẽpus ſm diõnẽ: ⁊ ſm cognitionẽ. ¶ Ad euidentiã p̃dictorũ videndũ eſt ſm mentem ſcoti hic ad. xij. di. quarti ſñiaruꝫ. de inherentia accidentis ⁊ ſubſtãtiam: Deinde ꝺ illa triplici primitate. quo ad primũ primo p̃mittã aliquas diſtinctiones: ſcḋo oſtendã aliquas cõcluſiones.

ſit ergo iſta prima diſtinctio: cū hoc nomen accidens ſit vnū ꝯcretum: ideo poteſt dupliciter ſumi: ſicut vnū qḋlibet cōcretū. Uno modo ꝓ ꝑ ſe ſignificato nominis qḋ ē reſpectus quē accidens naturaliter imꝑtat ꝑ ſe q̄ eſt ipa accidentalitas ſiue accidentia: qḋ videt̄ eſſe ſinonimū cū hoc qḋ eſt in herētia. Alio modo pōt ſumi ꝓ illo ſubſtracto qḋ denominat hoc cōcretū accidēs qḋ eſt aliqḋ ens nouē p̄dicamētoꝝ ſiue ſit abſolutū ſiue reſpectiuū puta q̄ātitas q̄litas ⁊c. ¶ Scḋa diſtinctio ſit iſta ꝙ inherētia ē duplex ſcꝫ actualis ⁊ aptitudinalis: Inherentia actualis eſt ipa vnio accidentis exiſtentis cū ſubiecto exiſtente. Inherētia aūt aptitudinalis eſt ipa dependētia ſiue eſſentialis ordo accidentis ad ſubiectū. Prima inherentia nō ſemꝑ ineſt actu. Scḋa vero ſemꝑ ineſt ſiue ſubiecto exiſtente ſiue nō exiſtente. ¶ Tunc ſit hec. prima concluſio de inherentia neutra inherentia eſt de eſſentia ſiue de ꝯceptu q̄dditatiuo accidentis ſcḋo modo ſumpti ſcꝫ accipiendo accidens ꝓ eo qḋ hoc nomine denominat̄: ſiue ſit ens abſolutum ſiue reſpectiuū. Hanc oſtēdo quātū ad primā partē ſpecialiter ſic: nullus reſpectus eſt de eſſentia abſoluti: ſꝫ vtraqꝫ inherentia eſt formaliter reſpectus: ergo ⁊c. maior ptꝫ ꝑ pħm quarto huiꝰ cōtra opinionem de veritate appa rentiū. ¶ Preterea quantū ad vtrāqꝫ ꝑtem ſimul ꝓbat̄ ſic: qꝛ fundamentum reſpectus eſt aliq̄d p̄ter reſpectum qꝛ nihil fundat ſeip̄m: Unde ſḿ auguſtinū ſeptimo de trinitate: omne qḋ relatiue dicit̄ eſt aliquid p̄ter relationē ergo inherentia nō erit de eſſentia accidentis in quo fundat̄. ¶ Scḋa ꝯcluſio ſit iſta: Inherētia ſcḋa ſcꝫ aptitudinalis eſt eadēꝫ realiter accidenti ſcḋo modo ſumpto ſiue ſit abſolutū ſiue reſpectiuū. ꝓbat̄ qꝛ nulla aptitudo naturalis alicuiꝰ entis diſtinguitur realiter ab illo ente: ſed inherentia aptitudinalis ē quedā aptitudo naturalis talis accidētis ḡ ⁊c. Preterea paſſiones entis dicte de iferiorib⁹ nō dicūt aliud ab ente in eis: ſꝫ eē in ſe ens: ⁊ eē inherēs ſunt q̄dā paſſiones entis dicte de inferiorib⁹ ſcꝫ de ſub̄a ⁊ accidēte: ḡ nec eē in ſe ens dicit aliud a ſub̄a: nec eē inherēs dicit aliḋ ab accidēte. ꝓbatio minoris qꝛ eſſe in ſe ens: ⁊ eē inherens ꝓ eodē accipiēdo ſicut eē prius ⁊ poſteriꝰ. Prius aūt ⁊ poſterius diuidunt ens vt paſſionēs. ¶ Tertia cōcluſio ſit iſta In herentia actualis nō eſt idē realiter accidenti ſcḋo mō dicto qḋ ē abſolutū ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō ē de eſſentia ei⁹: hoc oñdit̄ ſic: ipoſſibile ē ꝙ idē remaneat realit̄ ⁊ corrūpat̄: alias ſimul eēt ⁊ nō eēt: qḋ ē oppoſitū p̄mi p̄ncipij: Sꝫ manēte ⁊ exiſtēte accidēte abſoluto: nō manet inherentia actual' ḡ ⁊c. minor ptꝫ in ſacro altari vbi accidētia ſepata exiſtūt ſine inherentia actuali: alias ſi inherētia actual' maneret ibi maneret etiā ſubſtātia panis qḋ ē falſuꝫ. ¶ Sꝫ cōtra iſtā tertiā ꝯcl'onē inſtat̄ p̄mo auctate pħi in lr̄a dicētis ꝙ nō ē poſſibile aliqḋ accidētiū ſepari a ſubiecto. Itē boetiꝰ dicit ꝙ accidētis eſſe ē in eſſe. Preterea arguit̄ tali rōne: reſpectꝰ accidētis ad ſubiectū nō ē minus idē accidenti q̄ reſpectus creature ad deū ē idē creature: Sꝫ ille eſt idē creature realiter: cū creatura n̄ poſſit eē abſqꝫ hoc ꝙ dependeat ab eo cōſeruāte eā in eſſe: ḡ reſpectꝰ accidētis ad ſubiectū qui eſt inherentia eſt idē realiter accidēti: maior ptꝫ qꝛ creatura nō diffinit̄ per eētiā diuinā additā in ſua dīone: quia tunc nihil haberet dīonē in ſuo genere cū deꝰ ſit extra genꝰ. Accidēs ḡ ꝓpter reſpectū ad ſubiectū neceſſario diffinit̄ ꝑ ſubiectū: vt dicit in hoc ſeptimo: igit̄ ille reſpectꝰ accidentis ad ſubiectū nou minꝰ eſt idē ſibi q̄ reſpectꝰ creature ad deū. ¶ Rn̄ſio ad pħm: dicēdū ꝙ pħi diceret accidēs non poſſe eē ſine ſubiecto qꝛ ponūt ordinē cauſarū ſimpliciter neceſſariū: vt dictū eſt octauo pħoꝝ ca. vltio ita ꝙ p̄ma cā nō pōt cauſare cauſatū cauſe ſcḋe ſine cā ſcḋa: ſubiectū āt hꝫ aliquā cauſalitatē reſpectu accidētis loquēdo d̄ ordīe nāli cāꝝ: ſe hꝫ ei reſpectꝰ eiꝰ

vt materia i q̃ q: ſcʒ hʒ ſuſtētare accñs. Nos aũt nõ ponimus hmõi ordinẽ cãꝛ ſimplr neceſſariũ. q: ꝑ deuiam⁹ a ph̃is in añcedēte oportet etiã ꝙ deuiem⁹ i ɔſequēte. Ad boetiũ dicēdũ ꝙ intelligit ꝙ accñs hʒ a nã ſua ꝙ inſit aptitudinalr̃ nõ aũt eſt neceſſariũ actualr̃. ¶ Ad aliud nego maiorem ⁊ cũ ꝓbaẗ ꝑ relationem creature ad deũ dico ꝙ nõ ẽ ſile: idẽptitas eñ reſpect⁹ ad fũdamẽtũ nõ ẽ rõ ꝙ termin⁹ reſpectus vel depẽdẽtie cadat in diõne fũdamẽti dpẽdẽtis: q: tũc de⁹ magis poneret i diõne cuiuſcũq̄ creati ꝙ ſuba in diõne accidẽtis: ſʒ cã ẽ q: nulla forma põt hr̃e cõceptũ ꝑfectũ q̃dditatiuũ ⁊ q̃etatiuũ niſi cointelligaẗ illud cui⁹ eſt forma. Diffinitio aũt exp̃mit cõceptũ ꝑfectũ diffiniti: ⁊ iõ q̃tũlibet eſſentialia forme exp̃manẗ ſine eo cui⁹ ẽ: ⁊ q̃dditates ei⁹ indicenẗ ponẽdo ei⁹ gen⁹ ⁊ differẽtiã: tũ nõ ẽ cõcept⁹ ꝑfect⁹ q̃etãs intellectũ: ⁊ iõ nec diffinitiu⁹ metaphiſice loquẽdo. lʒ bñ eẽt logice: tñ eẽ illud qd eſt in ſe q̃dã ɔpoſitũ ſubſiſtẽs ſi ɔcipiatur in ſe ĩtellect⁹ q̃eſcit ibi nõ req̃rẽs aliud cõintelligere ⁊ hoc q̃dẽ verũ ẽ nõ tñ d forma accidẽtali: ſed etiã de ſubſtãtiali. vñ in diõne aĩe poniẗ corp⁹: aĩa eñ eſt act⁹ corporis orgaĩci: vt hr̃ in lib. d aĩa. ¶ Quarta ɔcluſio ẽ iſta: inherẽtia actualis ẽ eadẽ realr̃ accidẽti reſpectiuo ſecũdo mõ ſũpto. hoc oñdiẗ ſic: illa relatio ẽ realr̃ eadẽ fũdamẽto ſine q̃ fũdamẽtũ eẽ includit ɔ̃dictionẽ: ſʒ inherẽtia accidẽtis reſpectiui ẽ hmõi ⁊c̃. ꝓbatio minoris q: reſpect⁹ ẽ eſſentialr̃ hitudo iter duo extrẽa: ⁊ iõ ſiẽ tollere ṫminũ adquẽ ipi⁹ reſpect⁹ eſt deſtruere reſpectũ. Ita tollere illud cui⁹ ẽ reſpect⁹ ẽ tollere reſpectũ: ⁊ deſtruere rõnẽ reſpect⁹: ⁊ ꝑ cõſequẽs ɔ̃dictio ẽ reſpectũ nõ inherere: q: cũ reſpect⁹ ẽ reſpect⁹: iõ ſeq̃ẗ neceſſario eẽ ſubiectũ vel fũdamẽtũ cui actualit̃ inheret: hec mã diffuſe tractaẗ in q̃to ſniaꝝ vbi d. iõ ꝑ nũc leni⁹ ptranſeo. ¶ Quãtũ ad ſcđm de illa triplici p̃nitate ſubiecti reſpectu accidẽtis. Et p̃mo q̃ ad hoc ꝙ ſuba dr̃ prior tpe oĩ accidẽte.

Dico ꝙ tps nõ accipiẗ h̃ vt diffiniẗ q̃rto ph̃icoꝝ ſeu ꝑ q̃cũq̄ duratiõe vl̃ menſura extriſeca ſucceſſiua alia ab eẽntia rei: q: tũc ſba poſſʒ p̃cedere illã cũ ſit ſibi accidẽs: ⁊ ſic p̃cederet illã tpe vl̃ duratõe: ⁊ tũc eẽt tps añ tps: ⁊ ſic ĩ infinitũ. Prĩ⁹ q̃ tpe h̃ dr̃ vt ptʒ ex lr̃a qd p̃t ſepati eẽ ſine alio: ⁊ aliud nõ ſine ipo. ⁊ iſto mõ omnis ſuba ẽ p̃or oĩ accidẽte vno mõ: alio mõ nõ. ¶ Ubi notãdũ ꝙ eẽ p̃us tpe vt dictũ ẽ eſt poſſe hr̃e actualẽ exñtiã p̃ore alio ſine alio q̃tũ ẽ d ſe ita. ſ. ꝙ ſibi ñ repugt ex eo ꝙ i nullo depẽdet ab illo: et tale p⁹ ſatis põt dici p⁹ natura. Nihil eẽ p⁹ nã qd nõ ſit p⁹ ⁊ tpe illo etiã mõ ꝙ aũt aliq̃d poſſit p̃cedere aliud illo mõ põt dupl'r eẽ: vno° q: nõ depẽdet ab illo Alio mõ q: ñ ẽ cã neccria illi⁹. ¶ Ad ppoſitũ dico ꝙ ſuba ɔpata ad accñã ſepabilia ẽ p̃or tpe vtroq̄ mõ: cõpata aũt ad accñs iſepabil'e puta ad ꝓpriã paſſionẽ ẽ ſepabil' ⁊ p̃or vno°: q: ſcʒ ñ depẽdet: ⁊ nõ alio° ſcʒ in q̃tũ ẽ cã q: hʒ cãm neccriaꝫ reſpectu paſſionis: iõ nõ ẽ ſepabil' illo° ſcʒ in q̃tũ ẽ cã tal' accidẽtis. Prĩo igiẗ mõ ẽ ſepabil' mõ p̃expoito: ⁊ vt ſic nõ repugnat ſibi exiſtere ſine q̃cũq̄ accñte. De ſcđa p̃nitate q̃ ſcʒ ſuba ẽ p̃or accñte diõne. Sciẽdũ ꝙ hoc eſt ĩtelligẽdũ q: i diõne cuiuſlibet accñtis ncẽ ẽ poni ſubam cui⁹ rõ poſita ẽ ĩ p̃cedẽti articlo. ¶ De tertia do p̃nitate q̃. ſ. ſuba ẽ p̃or oĩ accñte ɔgnitiõe. Pono duas ɔcl'ones q̃ꝝ p̃ria ẽ ꝙ ſuba nõ ẽ p̃mũ oĩm entiũ cognitiõe p̃nitate gñis oĩs: q: oĩs ɔgnitio nr̃a ortur a ſenſu: ſenſibilia ſunt accñtia ⁊ non ſuba. ꝑ accñs p⁹ cognoſciẗ q̃ ſuba. Itẽ diciẗ primo de aĩa ꝙ accñã maximã ptẽ ɔferũt ad cognoſcẽdũ ꝙ q̃d ẽ: ꝑ accidentia p̃us cognoſcũẗ q̃ ſuba q̃ habet maxime qd q̃d ẽ vt habeẗ ĩ h° ſeptio. ¶ Secũda ɔclõ ſit iſta p̃mũ ens oĩm entiũ cognitiõe p̃nitate ꝑfectiõis ẽ ſuba: h° oñdiẗ ſic q: cognitio ipius qd q̃d eſt ẽ ꝑfectiſſia: vt ĩ h° ſeptio. h° ꝑ qd hʒ maxie qd q̃d ẽ: ẽ maxie cognoſcibile: ſed ſuba hʒ ꝑfectiſſimũ ꝙ q̃d eſt: ꝑ ſuba ẽ ꝑfectiſſimum cognoſcibile maior ptʒ q: de his

que non habent ſimpliciter ꝙ qd eſt vt ſunt accidentia eſt pfectiſſima eoꝝ ꝯgnitio quādo cognoſcit̄ quid ſunt eo modo quo habent quid. hec eſt ratio phi in litera. ¶ Contra predicta arguit̄: q2 accidentia ſunt priora etiam primitate pfectionis: q2 cognoſcibile tō cognoſcitur q2 ſpecies eius eſt in cognoſcente: ſed ī intellectu eſt ſpecies accidentis nō ſubſtantie: ḡ accidēs pfectius cognoſcitur maior patet de ſe: ſed prima ps minoris ſcz affirmatiē pbat̄: q2 itellectus agēs eſt abſtractiuus eoꝝ que ſunt ī fantaſia ⁊ ſpecies accidentiū ſunt in ꝟtute fantaſtica ergo ⁊c̄. pbatio ſcđe partis minoris ſcz negatiue: q2 nihil eſt in intellectu quin prius fuerit in ſenſu: ſi igit̄ ſpecies ſubſtantie eſſet in intellectu prius fuiſſet in ſenſu: ⁊ ſic ſuba poſſet cognoſci a ſenſu: qđ ē manifeſte falſum: q2 omnia ſenſibilia ſunt accidētia puta q̄ntitas q̄litas ⁊c̄. Reſpondeo ꝙ ſubſtātia eſt pfectius cognoſcibile ſimpliciter et tū a nobis aliquid aliud pōt pfecti⁹ cognoſci ſm ꝓportionē cognoſcibilitatis ſue nec iſta repugnāt. Exemplū ſpecies alicui⁹ albi remiſſi pfectius mihi repn̄tat: ipm albū cui⁹ eſt ſpēs ꝙ ſpēs ſolis ipſi oculo aquile ipſum ſolem ⁊ magis video albū ſm ꝓportionē viſibilitatis mee ꝙ aq̄la ſolē ſm ꝓportionē ꝯgnoſcibilitatis ſue. Licet ſol ſimplicit̄ ſit pfectius viſibile ꝙ tale album. Ad formā ergo cū dicit̄ illđ pfecti⁹ cognoſcit̄ cui⁹ ſpecies ē ī intellectu Dico ꝙ verū ē ſm ꝓportionem cognoſcibilitatis ſue ⁊ tū hoc non obſtante ſuba de ſe eſt pfectius cognoſcibile ⁊ in ſe ⁊ nobis ſi poſſemus ad illam ptingere in vita iſta. Propoſitio ergo phi eſt intelligenda ꝙ ſubſtantia eſt primū cognoſcile primitate pfectionis ſimpliciter in ſe licet non a nobis.

## Dicitur autem ſubſtantia.

¶ Poſtꝙ. p. oſtendit ꝙ principalis intentio hui⁹ ſcientie eſt cōſiderare de ſubſtantia: hic incipit de eā determinare. Et primo dicit ꝙ eſt determinādum de prima ſubſtantia cum ſit maxime ſubſtantia: vt patet in predicamētis quam quidam diuidit in materiam ⁊ formam ⁊ cōpoſitū: que quidē diuiſio nō eſt generis in ſpecies ſed alicui⁹ annalogice p̄dicati quod de his de quibus dicit̄ p̄dicat̄ p prius ⁊ poſterius: tā eñ cōpoſitum ꝙ materia ꝙ forma dicit̄ ꝑticularis ſubſtantia: ſed nō eodē ordine. Unde dicit ꝙ forma eſt prior materia ⁊ cōpoſito ⁊ magis ens vtroqꝫ. Q2 eñ forma ſit p̄or ⁊ magis ens ꝙ materia oñdit: q2 materia eſt ens in potētia: forma aūt ē act⁹ materie: actus autē eſt prior potentia p̄oritate pfectionis: vt patet. ix. hui⁹. Q2 etiam forma ſit p̄or cōpoſito q2 pars eſt prior natura toto ⁊ p̄ncipiū principiato materia autem ⁊ forma ſunt ptes ⁊ p̄ncipia ītrinſeca ꝯpoſiti. Dicit̄ aūt forma magis ens ꝯpoſito ꝙ ū ſit ens pfecti⁹: cōpoſitū eñ ē pfectius ꝙ ſit forma cū īcludat formam ⁊ materiā. Sed dicit̄ magis ens ſm principalitatem ⁊ independentiā q2 entitas principij pricipalioris qđ eſt forma ē independens reſpectu eē p̄ncipiati quod eſt cōpoſitum.

## Et primo dicemus đ eo que

dam logice. Quia vero vt̄ dictum ē in quinto hui⁹: Subſtātia vno modo dicitur ꝙ quid ē. i. quidditas ⁊ eſſentia rei ideo inquirit phi. de quidditatibus rerum ſenſibilium. primo p rationes logicas in hoc ſeptimo. ſcđo p principia ſubſtantiarū ſenſibiliū: in octauo. ¶ Circa primū notandū ꝙ vt dictū ē in ſexto h⁹ hec ſcientia habet quādā affinitatē cum logica ꝓpter vtriuſqꝫ cōitatem: ⁊ iđ primo phs logice determinat de quidditatibus rerum inueſtigando ꝙ quid ē ſeu dīonem quidditatiuā ex modo p̄dicādi hoc eñ ad logicam ꝓprie ptinet. Oſtēdit ergo ea que ſpectāt ad quidditatem rei dicens ꝙ illa que p̄dicāt de aliquo p accidens non ptinēt ad qđ q̄d ē eius. hoc eñ intelligimus p qđ quid ē alicuius quod ꝯuenienter pōt reſponderi ad queſtionē factā de eo quid ē. Cum er.

go queritur quid ē hō nō pt cōuenienter
reſpōderi q̄ ē albus vel niger: illa ergo
que p̄dicātur p accn̄s de aliquo non ſpe
ctāt ad ei⁹ rōnē q̄ddītatiuā. Itē ea que
dn̄r p ſe ſecū do mō de aliq̄ ſubiecto non
ptinēt ad q̄ quid ē ei⁹: vt color ad quod
quid ē ſupficiei: quod pbat. q2 aliō ē q̄
quia ē ſubiecti et paſſiōis. Si eīm ſubie-
ctum et paſſio eēnt quidditatiue idem ⁊
formaliter cū idē ſubiectū habeat plures
paſſiones eadē eēt quidditas paſſionū
inter ſe. q2 q̄ vni et eidē ſunt eadē: int̄ ſe
ſūt eadē: et ſic erit eadē q̄dditas coloris
aſperitatis et lenitatis que ſūt paſſiones
ſupficiei. Illa ergo ptinēt ad quod q̄d ē
alic⁹ q̄ predicātur de eo in pmo mō dicē
di p ſe: vt genus et drn̄tia. Deinde oſtē-
dit quoꝝ ē q̄ quid ē dicēs q̄ ſola ſpeci-
es habet q̄ q̄d ē ſeu diffinitionē quiddi-
tatiuā cū ſola ſpēs habeat gen⁹ ⁊ drn̄as
Alia aūt pn̄t habere rōem q̄d nominis
ſiue rōz declarārē q̄d p nomē imponatur:
vt ſi hoc nomē p hta notificet p hoc nom̄
ſapientia. vel ad exponendū hoc nomen
phs accipiat hec orō amator ſapientie: ⁊
ſic pn̄t notificari entia p accn̄s: vt homo
albus: vel albū: vt dicēdo q̄ albū eſt res
hn̄s albedinē. Talia eīm p ſe nō habent
rōnē q̄dditatiuā cū nō ſint i genere ſ3
ſignificāt res diuerſoꝝ generū. Ineſt au
tē q̄ q̄d ē p prius ſubſtantie q̄ accn̄tib⁹
ſicut ens p prius dicit̄ de ſuba q̄ de acci
dēte. vn̄ ſubſtātia habet q̄d ſimplicit̄: ac
cidēs aūt nō niſi ſm q̄d: ſicut al. q̄ dicūt
logice de nō ente loquētes: Non ens eſt
ens: non q̄ non ens ſit ſimplr: ſed q2 eſt
non ens. ⁊ ſic dicim⁹ q̄ nō ſcibile ē ſcibi
le ſm q̄d: q2 de nō ſcibili hoc ſcire poſſu-
mus q̄ nō ſcit̄: ſic accn̄s nō h3 q̄d ſim-
pliciter ſ3 ſm q̄d. ¶ Deinde ponit ariſt.
quandā diſtinctōem accn̄tium dicēs q̄
quedā ſūt ſimplicia et quedā copulata.
Simplicia ſūt illa q̄ nō habēt ſubiectū
determinatū vt cōcauitas q̄ nō tm̄ repe-
ritur in naſo ſ3 etiā alibi. Copulata vō
dicūtur q̄ hn̄t ſubiectū determinatū vt ſi
mitas q̄ ē naſi curuitas. ¶ Alteri⁹ oſten
dit ariſt. quō ſe habeat q̄ q̄d ē ad id cui⁹
eſt dicēs q̄ in dictis ſm ſe idem ē q̄ q̄d
eſt cū eo cuius ē: nō aūt in dictis p acci-
dēs. ¶ Ad cui⁹ euidētiā pmo ponā ſm
mentē Sco. aliquas diſtinctōes. Secū-
do aliq̄s cōcluſiōes. ¶ Quantū ad pri-
mū ſit hec prima diſtinctō: q̄ ſicut forma
pt ſumi dupliciter ſic et materia: vt dcm̄
eſt in quinto huius. c. 3. ſc3 forma part̄
et forma totius. Et ſimilr materia part̄
et materia totius. ¶ Secūda diſtinctō ē
q̄ quedā ſūt entia p ſe ⁊ q̄dā p accn̄s: vt
dcm̄ ē in eodē quīto. c. 4°. ¶ Tertia di-
ſtinctio eſt q̄ quedā hn̄t q̄ quid ē pmo
et p ſe: vt hō et quelibet ſpēs. Nā ſpēs
dicitur habere q̄ q̄d ē pmo et p ſe ex h⁹
q̄ q̄dditas p nihil aliud competit eis ſ3
alijs ſc3 indiuiduis conuenit per ipſas.
Quedā vō hn̄t q̄dditatē p ſe ſed nō pri
mo: vt hic homo ſingularis abſtrahens
ab exn̄a ⁊ tpe: ⁊ tale indiuiduū p ſe i ge-
nere: q2 nō icludit res diuerſoꝝ generꝝ.
tn̄ q2 h3 q̄dditatē p aliō ſc3 p ſpēm quā
pticipat iō nō habet pmo p ſe q̄ q̄d eſt.
Quedā aūt habēt q̄ q̄d ē non p ſe nec p
mo ſ3 p accn̄s: vt h hō exn̄s et ens i tpe:
q2 tale indiuiduū includit aliq̄d accn̄s ⁊
extra rōem q̄dditatis ſc3 exn̄tiam ⁊ eſſe i
tpe: et alias cōditiōes materiales q̄ tol-
lūt vnitatē p ſe entis. ¶ Alteri⁹ ſit hō alb⁹
habet aliq̄l̄r q̄ q̄d ē h3 ipm magis p ac-
cidens q̄ hic homo exiſtens: q2 homo al
bus ē magis ens p accn̄s q̄ hic homo q̄
includit exn̄tiā: q2 albedo ē vere et ppe
accn̄s. exiſtētia aūt nō ē ppe accn̄s eēn̄-
tie niſi put accn̄s alicubi large dicit̄ q̄c-
quid ſc3 nō ē formalr illi. ¶ De ſecundo
ſit iſta prima cōcluſio in dictis ſm ſe idē
eſt q̄ q̄d ē cū eo cuius ē. Hoc patet p. p.
in littera: q2 ſinglīu n̄ videtur aliō a ſui
ſubſtātia ſ3 q̄ q̄d ē: ē ſuba cuiuſlibz extē
dendo ſubam ad oēe genus entium: vt
ſumitur p eſſentia cuiuſlibet rei. ¶ Se-
cūda cōcluſio ſit iſta: In dictis p accn̄s
nō ē idē q̄ q̄d cū eo cui⁹ ē. hoc oñdit̄ ſic.
Nā nō h3 q̄ quid eſt: n̄ h3 q̄ quid ē idē
ſibi: ſed ens p accn̄s nō h3 q̄ q̄d ē cū ſi-
gnificet res diuerſoꝝ generum. q̄ ⁊c.
¶ Sed contra arguitur: quia tertō d aīa

dicit̄ ꝙ nō ē idē magnitudo ⁊ magnitu-
dinis eſſe: ⁊ aliud ē caro ⁊ carnis eſſe: ſꝫ
ꝑ magnitudinis eſſe intelligitur ꝙ quid
eſt magnitudīs: ſilr̄ et de carne: ḡ in di-
ctis etiā ſm̄ ſe nō eſt idē ꝙ q̇d ē cū eo cꝰ
eſt. Itē in hoc ſeptimo dr̄ ꝙ ī ꝯceptī cū
mat̄ia nō ē idē ꝙ q̇d ē cū eo cuiꝰ ē: ſꝫ om
nia naturalia ꝯcipiūtur cū mā: ḡ ⁊c̄.
Itē ſi ſic: ḡ ꝙ q̇d ē ē gn̄abile ⁊ corrupti-
bile ſicut illđ cuiꝰ ē: ꝯn̄s ē falſū: ḡ ⁊ an̄s.
ꝯſequētia pꝫ: qr̄ ſi ſūt idē: ſeq̇t̄ ꝙ ſimul
generāt̄ et corrūpūt̄. falſitas ꝯſequētis
patet ex capl̄o ſequēti vbi dr̄ ꝙ nec ꝙ q̇d
eſt generat̄ nec ſpēs. ¶ Ad primū dicēᵐ
ꝙ carnis eē accipit̄ ꝓ q̇dditate: ⁊ caro ꝓ
carne hn̄tē materiā indiuidualē qđ ē ꝑti
culare. Vult ḡ: p. ꝙ ip̄m ꝙ q̇d ē carnis ī
ſpē nō ē idē ip̄i indiuiduo ꝑ ſe ⁊ p̄mo: ſi-
cut nec ip̄m īdiuiduū hꝫ ꝑ ſe p̄mo ꝙ q̇d
eſt: eſt tn̄ idē ſibi ꝑ ſe nō p̄mo. ¶ Ad ſe-
cūdū dr̄: ꝙ. p. accipit materiā ꝓ eſſn̄tia ī
diuiduali cū dr̄ ꝙ ī ꝯceptis cū materia:
⁊c̄. ⁊ ſic ꝯcedo ꝙ ī talibꝰ nō ſūt idē ꝑ ſe
primo mō p̄expoſito: et tūc minor ratōis
nō ſumit̄ ſb̄ maiori ſꝫ eq̇uocat̄ de mat̄ia:
vt patet. ¶ Ad tertiū ꝯcedo ꝯn̄am ſi id
cuiꝰ ē ſit gn̄abile et corruptibile: qn̄ eni
forma generat̄ generat̄ ꝙ q̇d eſt eiꝰ ꝑ ſe
tn̄ ꝙ q̇d ē hoīs: vt hō ē ſpēs nō generat̄
ꝑ ſe: ſicut nec ip̄a ſpēs: ⁊ hec eſt intentio
ph̄i. vn̄ ſeq̄nti capl̄o dr̄ ꝯtra platonē ꝙ
nō generat̄ domui eſſe vel domꝰ eſſe ſed
huius qr̄ ꝑticularis.

## Eorum autē que fiūt hec na.

Poſtq̄ .p. oſn̄dit ꝙ q̇d ē nō ē aliđ ab eo-
dē cuiꝰ ē: h̄ intēdit oſn̄dere ꝙ q̇dditates
⁊ forme exn̄tes in iſtis ſenſibꝰ nō generā
tur ab aliq̄bꝰ formis extra materiā extrin
ſecā ſꝫ a formis q̄ ſunt ī materia. ¶ Ad
cuius euidentiā notandū ꝙ pl̄o ſicut ei
imponit ariſ. poſuit reſpectu cuiuſlibet
ſpēi eſſe quādā ydeā vel ſubam ſeꝑatā
a motu ⁊ ab accn̄tibꝰ ꝑ accn̄s nihil̄ habē
tē in ſe niſi naturā ſeꝑatā ſpecificā ꝑfcā
q̄ntū poſſet eē ꝑfcā et forte hn̄tē paſſio-
nes ſpeciei: alioq̄n de ip̄a nihil ſciret̄ ꝙ
quidē poſuit eſſe ſingulare ⁊ incorrupti-
bilē ⁊ eiuſdē generis cū corruptibilibus
eſſeq̄ꝫ formaliter vl̄e ita ꝙ ꝑ idētitatē p̄-
dicet̄ de corruptibilibꝰ p̄dicatōe dicente
hoc ē hoc. Fuit aūt motus ad ponēdum
huiuſmōi ydeas triplici ratōe. Duꝫ ꝓp
ter formalē entitatē reꝝ: qr̄ oē qđ ē tle
ꝑ ꝑticipatōem reducit̄ ad aliqđ tale per
eſſn̄tiam: alioq̄n tale ꝑ ꝑticipatōem eſſet
primū tale. Sꝫ ſingulare ē tale ꝑ ꝑticipa
tōem vt h̄ hō ꝑ ꝑticipatōem homīs: alio
q̇n hō nō pluri‌ficaret̄ in iſtis inferioribꝰ
ḡ hō vl̄is ē hō ꝑ eſſn̄tiam: ⁊ ꝑ ꝯſequens
eſt in rebꝰ. Tum ſecūdo ꝓpter ſciētiam
que eſt tm̄ de neceſſarijs: ſinglaria autē
ſūt corruptibilia: Tum ꝓpt̄ generatōē
qr̄ ſm̄ pl̄oem generās ꝑticulare nō ſuffi
cit. ¶ Si ſic poſuerit plato rerū q̇dditā-
tes ꝑ ſe exn̄tes vt ei impōit̄ male ponit:
tum qr̄: corruptibile et incorruptibile nō
ſūt eiuſdē generis ſeu nature: vt oſtēdit
.p. x. hꝰ. Tū qr̄: illđ qđ dicit ꝙ tal̄ ydea
p̄dicet̄ de corruptibili p̄dicatōe dicente
hoc ē hoc ſtatim videt̄ includere ꝯdicti-
onē ſcꝫ ꝙ idē numero ſit q̇dditas multo
rū diuerſorū: et ſit extra ip̄a: qr̄ alr̄ nō eſ-
ſet incorruptibilis. Tum qr̄ nō eſt ponē
da pluralitas: p̄mo phiſico. Nō apparet
ḡ aliqua neceſſitas ponendi hmōi yde-
as. p̄mo ꝓpter reꝝ entitatē vt videbat̄
ꝓbare prima eius rō: hic cui hō ē hō ꝑ
ꝑticipatōem homīs nō quidē homīs ſe-
parati ſeu hmōi ydee ſꝫ ꝑ ꝑticipatōnem
nature humane q̄ eſt vna vnitate ſibi ꝓ-
pria in ſingularibus: vt videbit̄ quīto c.
huius ſeptimi. Nec ſecūdo apparet ne-
ceſſitas ꝓpter rerū ſciām: qr̄ de rebꝰ cor-
ruptibilibꝰ poſſumus habere ſcientiā co
gnoſcēdo earum q̇dditates abſtractas ꝑ
intellectum de quibus poſſunt ꝓbari ne
ceſſe ꝯcluſiones. nec tertio apparet ne-
ceſſitas ꝓpter rerum generationem: qr̄
generatio vniuoca p̄t ſaluari ſine talibꝰ
ydeis: compoſitum eīm ꝑticulare gene-
rat vniuoce et magis ē illa generatio v-
niuoca ꝙ eēt compoſiti generati ex ydea
¶ Si autem Plato poſuit quidditates
rerum ſeu ydeas nō ꝑ ſe exn̄tes ſꝫ ī men
te diuina vt ponit augꝰ. tūc bn̄ poſuit. eſt

ſentia eni diuina eſt exemplar repſentatiuũ oĩz. Et aũt ſic poſuerit plato poteſt pſuaderi ex verb auguſtini. 7. confeſſionum dicẽtis ſe repiſſe ĩ quibuſdaʒ libris plonicis quaſi oĩa que habẽtur in illo euãgelio joh: In pricipio e. v. demptis his que ſpectãt ad tpalẽ vbi diuini generatõem: ⁊ int ceterа recitat ſe ibidẽ reperiſſe illã auctẽ ioh. qͦ factũ eſt in ipo. vita erat. que ſic expõit a mgro nicolao de lira. Qͦ factũ eſt ĩre extra. priꝰ erat in vbo p ydeã que ẽ idem ꝙ eeñtia diuina ⁊ vita intellectualis. Ex quo luculeter apparet platonẽ poſuiſſe ydeas in mẽte diuina. Et vo. p. in hoc ca. ponit q̃ttuoꝛ ꝓpões ſatis vtiles ideo circa earũ explanatiõẽ eſt aliqualr imoꝛandũ.

¶ Prima ẽ ꝙ eadẽ fiunt cũ ſpermate et ſiue ſpermate. Ad cuius euidẽtiam dicit Sco. 2. di. primi ſen. vbi diffuſiꝰ tractat hãc materiã. Eſt vna opinio auicen̄ vt ei imponit cõmẽtatoꝛ quarto phiſico. Q oñia animalia generabilia per ꝓpagatõem ex ſemĩe eadẽ ſpẽ pñt per putrefactionẽ ſine ſemine generari: que opio cõmuniter nõ tenet: qꝛ tũc aĩalia pfecta vt hõ equus ⁊c: poſſent ex putrefactõne ſine ſpermate generari: quod videtur abſurdum ⁊ de hoĩe ꝯtra fidẽ. Alia ẽ opio in extremo que ẽ cõmentatoris ꝙ ſcʒ eadẽ ſpecie non generãtur ex ſpermate ⁊ ſine ſpermate. ¶ Sed cõtra hãc opinionẽ arguitur p auguſtinũ dicentẽ oppoſituʒ tertio de trinitate. cuius rõ ibidẽ ẽ: quia generatũ p putrefactionem ꝓpagat alia iterũ ꝓpagantia: ⁊ tũc ſũt vniuoca generata a.ſe: ꝗ ꝓpagata et generata p putrefactionẽ ſũt vniuoca ⁊ eiuſdẽ ſpeciei. antecedẽs patet in apibꝰ ⁊ muribus ⁊ plãtis. ¶ Eſt ergo tertia opinio ipſius doc. quã teneo ſcʒ ꝙ ꝓpagata et generata p putrefactionẽ ſũt eiuſdẽ ſpẽi. Sʒ nõ teneo vniuerſalr cũ Auicẽna ꝙ oĩa animalia pñt vtroqʒ mõ generari. nihil eñi generabile vniuoce pt generari eq̃uoce: niſi ſit ita impfectũ ꝙ eã eq̃uoca ſine vniuoca ſufficiat ad eius generatõem: ⁊ idõ impfecta entia vt ſunt plante et quedaʒ animalia poſſunt generari vtroqʒ modo ſcʒ vniuoce ⁊ equiuoce perfecta ãt non.

¶ Secunda propoſitio quam ponit hic Ariſtoti. eſt: ꝙ compoſitum ex materia ⁊ forma tantũ generatur per ſe: forma vero non generatur per ſe ſed per accidẽs ſcilʒ ad generatõnem totius cuius ẽ pˀs.

¶ Pro declaratione hic pono primo aliquas diſtinctiones. Secundo ponã aliquas concluſiones. ¶ Quantum ad primum ſit iſta prima diſtinctõ ꝙ generatõ poteſt comparari ad duo ſcʒ ad ſubiectũ in quo eſt ⁊ ad quod tranſmutatur: ⁊ ad terminum ad quem et qui producitur.

¶ Secunda diſtinctio ſit iſta Q termiñare aliquid poteſt eſſe dupliciter: ſicut agere: ſcʒ: vel in ratione quo: vel in ratione quod. Exemplũ de agere: homo intelligit vt quod: ſed intellectus homĩs vt quo. Sic in propoſito compoſitũ terminat vt quod eſt forma termĩat vt quo quia ſcilʒ eſt illud quo compoſitũ eſt formaliter ſiue ſubſtantialiter ſiue accidentaliter: et ideo ẽ terminus formalis et q̃.

¶ Tertia diſtinctio eſt iſta: ꝙ ſicut ſeptimo phiſicoꝝ dictum eſt primo cap̃. Primo ſumitur dupliciter a pħo. Uno modo vt diſtinguitur contra partem: et ſic primo ineſt aliq̃d alicui quod ineſt ei ẽm totam. Sic enim homo primo ſanatur ſi q̃libet eius pars ſanatur. Alio modo accipitur primo vt dicit cauſalitatem preſciſam: vt homo eſt riſibilis: primo quia habet in ſe cauſam preciſam et adequatũm talis paſſionis ſcʒ ſuam formaʒ ſeu dr̃niam ſpecificam: prima primitas ſit a ſecunda vero b. ¶ Quantũ ad ſecũdum articulũ pͥma concluſio ſit iſta. Materia generatur et corrũpitur ſubiectiue. pbatur: qꝛ. p. q̃nto phĩcoꝝ probãs ꝙ generatio non eſt motus ſic arguit: quod generatur nõ eſt. quod mouetur ẽ: ergo generatio non eſt motus: quero pro quo accipitur in maioꝛi ly quod generatur nõ p termino: quia tunc mĩnoꝛ eſſet falſa. qꝛ ſicut terminus generatiõis non eſt ſicut nec terminꝰ ẽ motꝰ: ꝗ accipit p ſubictõ ſed ſubiectũ generationis eſt materia: ꝗ

materia generatur. ¶ Secunda cõcluſio materia nec generatur nec corrũpit̄ terminatiue: qđ ꝓbo ſic: omne qđ naturalr̄ generat̄ vel corrũpit̄ terminatiue h̄z materiã ꝑtē ſui: ſʒ mat̄ia ñ p̄t h̄re materiaʒ p̄tē ſui: ǵ ꝛc̄. Maior pʒ ꝺ in lr̄a: et p̄mo phiſ. qꝛ mat̄ia ē ex q̄ fit res cũ inſit. Cõfirmat̄: qꝛ illđ qđ ſuppõit̄ ĩ om̄i actõe naturali: et ad qđ ſtat reſolutio om̄is generatõis ꝛ corruptõis ĩpoſſibile ē gñari et corrũpi: ſʒ materia ē h̃mõi: qꝛ ip̄a ſuppõit̄ ĩ om̄i actõe naturali. p̄mo phiſi. ꝛ ad ip̄am ſtat reſolutõ oĩm generabiliũ ꝛ corruptibiliũ: p̄mo ꝺ gñatõe: ǵ impoſſibile eſt ip̄am generari et corrũpi: ſic intelligitur dcm̄ ariſt. p̄mo phiſi. vbi dicit q̄ mã eſt ingenerabilis ꝛ incorruptibil': ex hoc tũ nõ ſeq̄tur q̄n hũ ſit creabil' ꝛ adnihilabil' ꝟtute diuia. ¶ Tertia ↄcluſio: Forma nullo mõ ē termin⁹ gñatõis ꝑ ſe p̄imo. hoc oſtēdit̄ ſic: qꝛ om̄e illđ qđ gñat̄ ꝑ ſe vt termin⁹ generat̄ ex materia que eſt ps ſui: vt dcm̄ ē p̄i⁹: ſʒ forma ñ habʒ materiã ꝑtē ſui: ǵ forma nõ ē termin⁹ generatõis ꝑ ſe p̄mo. hec ē tõ p̄hici in lr̄a. ¶ Quarta concluſio ſit iſta: forma ē terminus formalis generatõis ꝓbatõ huius: illđ q̄ formalr̄ ē et exiſtit termin⁹ generatõis ꝑ ſe p̄mo ē terminus formalis q̄ generatõis: ſʒ forma ē h̃mõi: patʒ ǵ ꝛc̄. ¶ Quinta cõcluſio: cõpoſitũ ex materia ꝛ forma nõ generat̄ ꝑ ſe p̄mo p̄mitate a: hoc oſtēdit̄ ſic: illud nõ ineſt alicui tm̄ p̄imitate qđ ſibi ineſt tm̄ ſm ꝑtē: vt pʒ ex p̄mo articulo: ſʒ generatõ ineſt' cõpoſito rõe forme: nihil eĩn cõpoſiti realr̄ h̄ʒ eſſe p⁹ nõ eē niſi forma ſola: ǵ cõpoſitũ ñ generat̄ ꝑ ſe primo a. ¶ Sexta cõcluſio ſit iſta: compoſitũ ex materia et forma generat̄ ꝑ ſe primo p̄mitate b. hoc oñdit̄ ſic: illud ineſt alicui ꝑ ſe p̄mo b qđ ineſt ſibi ꝑ cãm p̄ciſã q̄ ē aliq̄d ei⁹. qđ pʒ ex p̄io articl'o: ſʒ gñari ineſt cõpoſito hoc mõ: ǵ ꝛc̄. Minor patet: qꝛ gñari ineſt cõpoſito ꝑ formã ꝓp̄aʒ q̄ ē q̄: ſicut riſibile ineſt homini ꝑ formã ꝓp̄tã q̄ ē q̄ ꝛ aliq̄d ei⁹.

¶ Tertia ꝓpoſitõ p̄hi ꝺ poſita ē q̄ a natura ſiũt in q̄rũcũq; mat̄ia ē aliq̄ ps forme q̄ ſic mouet mãm ſic mouet̄ ab extrinſeco. ¶ Ad cuius euidētiã dicit doc. ſ. ꝺ. ꝺ. et: 18. di. 2. ſen. q̄ ē vna opinio q̄ ponit q̄ in mat̄ia rerꝫ corꝑaliũ eſt aliq̄ pars forme generãde coagens ad cõpoſiti generatõem. qđ ꝓbatur duplici via. Prĩa ſumit̄ ex ꝑte vitãde creatõis in generatione naturali. ſecũda ſumit̄ ex ꝑte ſaluãde naturalitatis. Ex p̄ma via arguit̄ ſic: ſi nihil p̄exiſtit in materia qđ in formam naturalr̄ trãſmutet̄: ǵ ꝓductõ forme natural' nõ erit generatõ ſʒ creatõ. ↄñs eſt falſũ: ǵ et añs. Cõſequētia pʒ: qꝛ creatio ē de nihilo factio. ¶ Ex ſecũda via arguitur ſic: ſi nihil forme in mat̄ia p̄exiſtit: ǵ generatõ forme natural' nõ erit natural'. Cõſequēs ē falſũ: ǵ ꝛ añs. ꝓbatõ conſequētie: tũ ꝑ auctē p̄hi iã allegatam. vicʒ q̄ a natura ſiũt in q̄rũcũq;. ꝛc̄. Tum qꝛ om̄is generatõ natural' h̄ʒ p̄ncipiũ intrīſecũ naturale qꝛ natura ē p̄ncipiũ motus et q̄etis ſcđo p̄hicoꝝ. ꝛ ꝑ hoc dr̄ũt naturalia ab artificialib⁹ et etiã a violētis: vt ibidē dr̄. ¶ Sʒ cõtra arguit̄ ſic: Si ĩ materia eſſet pars forme p̄exiſtens: ergo vel erit eadē reſpectu diuerſatũ formaꝝ ſpecificaꝝ aut ſingul' formis ſpecifici correſpõdēt diuerſe ꝑtes p̄exiſtētes in materia. Si dat̄ p̄mũ: ǵ idē p̄mũ erit ps forme aq̄ ꝛ ignis: ꝛ ſic forme erũt compoſite ex diuerſ: qꝛ ex q̄ illđ ē idē om̄ib⁹ in illo nõ p̄ñt differre et ꝑ aliq̄d dr̄ũt ǵ ſũt compoſite ꝛ nõ ſũt ſimplices: qđ falſum eſt. Si dat̄ ſecũdũ vicʒ q̄ ſingulis ſingule ꝑtes correſpondēt: tũc vel tm̄ vna earum informat materiã ꝛ ñ alie: ꝛ tũc ille erũt ꝑ ſe exiſtentes: et ſic erunt forme naturales ſine materia: qđ eſt impoſſibile ꝑ naturam: vel omnes informãt materiam: ꝛ tũc iſta materia erit ſimul informata diuerſis formis ſpecie differentibus: qđ ē falſum. ¶ Dicendũ ergo q̄ in materia ñ eſt ponenda aliqua ps forme coeua materie ſeu aliq̄d tranſmutabile in formaʒ: ſed ibi ponenda eſt ratio ſeminalis: que quidem non ponitur in his que ꝓducũt ſibi ſĩlia imediate: vt ignis ꝓducit ignē de aqua. Dicit eĩn. p̄. hic in lr̄a q̄ ſicut

vomus fit ab extrinſeco ſicut etiā ignis. Item nō ponit in his q̄ generātur ex putrefactōe: q2 ibi fit alteratio ab agente extrinſeco: ſed hmōi rō ſemialis ponit i genitis ex ſemīe. Eſt aūt rō ſeminalis q̄dā vis intrinſeca in ſemīe: q̄ q̄dē vel eſt forma ſubalis ſemīs vel q̄litas eā cōſequēs q̄ eſt via aſcēdēdi ad formā gfectā. Nec aūt nō ponit vt ſit principiū actiuū generationis attingens terminū finalē generatōis q̄ ē ipa forma: nullū em̄ imgfecti⁹ pt eē principiū ſufficiēs pducendi gfecti⁹: ſed rō ſeminalis ē q̄d imgfecti⁹ regenerāda: g̃ rc. Maior p3 q2 om̄e p̄ncipiū pductiū vel ē vniuocū vl' eq̄uocū. Quicq̄d eo⁊ ver vel ē eqs gfectū vel gfectius termīo pducto. Si q̄rat q̄ illa forma pducat. R° in generatis mediāte ſemīe ⁊ maxime p propagationē vt ſūt aīalia o3 recurrere ad primā ꝟtutē diuinā: ⁊ q̄ a deo immediate pducit. p°. q2 nō a ſemine vel rōne ſemiali vt oñſū ē: nec a p̄re. q2 eo mortuo pt filius generari: nec a forma vel ꝟtute celi: q2 ē imgfectior q̄ forma aīalis. q2 ſm auguſti. xi. de ciui. dei Om̄e viuēs ē p̄ſtātius nō viuēte. p̄ponūtur viuētia nō viuētibus. nec pducit ab intelligētia vel āgelo: q2 agūt mediāte motu celi: relinquit g̃ q̄ ds. Cōtra ergo omnes. iſte forme creantur ex q̄ immediate a deo pducūtur. R°. ſi dcr ꝯñs nihil videt ſeq̄ impoſſibile. vel alr pt negari cōſequētia: ⁊ falſitas hui⁹ cōſequentie patebit rñdendo ad p̄mū argumētū p opiniōe. De forma aūt aiio⁊ ab aīalib⁹ alr ē dicēdū. de his eni nō ꝯcindit rō fcā vt patet. ratō igit ſeminalis nō ponitur principiū actiuū reſpectu termini formalis generatōis: ſ3 nunq̄ agit ad alteratione breuiā vel p̄cedētē terminū gñatōis Dicēdū q̄ non agit ſicut ſufficiēs actiū: q2 virtus actiua vniformis nō pt cauſare effectū diſſormē in paſſo vniformi: ſ3 ꝟtus ſemīs ē vniformis patet ⁊ materia ſimilit: g̃ et virtus ſemīs nō pt efficere tātā diſſormitatē q̄nta apparet i organis animaliū: et g ꝯñs nec alterare ad tantā diſſormitatē. Maior patet: q2 diſſormitas effectus accipit ex diſſormitate agētis vel paſſi. Quid g̃? Dico q̄ virtus q̄ facit tantā diſſormitatē organicā i corpore aīalis oportet q̄ ſit agēs diſſorme. Et illud ē actio diſſormis influentie celeſtis: pōt tn̄ poni rō ſeminal' nō ſufficiēter ſed aliq̄lr cōcauſatiua ad alteratōe3 breuiā: ⁊ hoc in aīalibus in quibus ſemen vnius agit in ſemē alterius ⁊ i alijs etiā forte. Ad argumēta alterius opiniōis ad p̄mū de creatōe nego ꝯñam: ad pbatōem cū d: q̄ creatō eſt de nihilo factio Reſpōdeo q̄ de nihilo pt dicere habitudinē ſubiecti vel termini. ſi dicat habitudinē termini: ſic non diſtinguit creatio a generatōe naturali: q2 vtraq3 pductio ē de nihilo vt termino. Si aūt dicat habitudinē ſubiecti ſic ē tm̄ creatio et ñ gñatio nāl. creatio em̄ ē pductō de nihilo et nihilo p̄ſuppoſi⁹: ita q̄ excludit omnem cauſalitatē cuiuſcūq3 cauſe q̄ materialis tam formal' q̄ etiā efficiētis creati ꝯcauſantis ipi creanti: licet quādoq3 cōcurrat vt poſterius: puta ſi res creata ſuſcipiatur in aliquo ſuſceptibili. oppoſitū aūt huius ſemp accidit i naturali actione. q2 ibi [illegible]gitur ſubiectū et materia cōcauſās que eſt in potētia naturali ad formam habens inclinatōem ad eam tanq̄ carens ea ⁊ apta nata recipe eam naturaliter. vnde ſi g impoſſibile forma naturalis produceretur a natura non cōcurrente materia nec tranſmutata g naturam: om̄is talis pductio eſſet creatio. Unde notandū q̄ creatio ē pductio inter ens ⁊ nihil: ſed generatio inter ens et priuationem: que priuatio et ſi nihil ſit formaliter tamē preſupponit aptitudinē ⁊ inclinationem naturalem in ſubiecto aliquo mō ꝯcauſante: non ſic autē creatio. Ex hoc aūt ceſſat inſtantia de gr̄a et anima intellectiua: q2 ad illarū productionem nō concurrit aliqua cauſa cōcauſans ipi pducēti cu3 iſte forme nō educātur d potētia materie. Unde et ds pt eas ſine ſuſceptiuo producere: ⁊ tūc patet q̄ nihil ſibi coagere nūc etiā prius ex natura rei pducūtur a deo ⁊ in ſecūdo ſigno natur

vniūtur q̄libet ſuo ſuppoſito vel ſuſcepti uo ſcʒ grā aıūe ⁊ aīa intellectiua corpi. Patet q̄ ꝙ agēs naturale nō creat ⁊ eadē rōe nec annihilat eſto ꝙ ꝓducat formā n̄ pſuppoſito aliq̄ in maꝛia qḋ in formā naturalit̄ trāſmutet. ¶ Ad ſecūdum cū infert̄ ꝙ generatio forme naturalis n̄ eſt naturalis nego ꝯſeq̄ntiā. Naturalis enī motus vel mutatōis naturał̄ ē accipienda ex pte principij paſſiui inexn̄tis ipſi motiuo qḋ q̄dē pncipiū paſſiuū i naturalibus hʒ inclinatōem naturalē ad formā. vn̄ nō oīs generatō naturalis hʒ i ſe principiū actiū. ¶ Ad pħm h̄ in lr̄a dicē dū ꝙ loq̄tur ð pte forme nō formal̄r ſed v̄tualit̄ eodē mō q̄ dicit calorem eē ptez ſanitatis: hoc mō rō ſemīalis ē̄t olei ps forme gerādeːlʒ formalit̄ nihil ſit illius forme. Ad illa q̄ adducūtur de ſecundo phicoꝝ dcm̄ ē in. c. j. ¶ Quarta propoſitō quā h̄ ponit. p. quā etiā ponit vndecimo hui⁹ ē ꝙ oīs ꝓductō vel inductio forme pōt dici vniuoca. Ad cui⁹ euidētiā ſciēdū ꝙ cū ꝓductō vniuoca req̄rat nccīo aliq̄ mō ſilitudinē forme int̄ ꝓducēs et ꝓductū ideo ſit iſta pma diſtictio ꝙ ſilitudo iſta ē duplex: q̄dā formał̄ ⁊ q̄dā v̄tualis. Primo mō ē qn̄ agēs hʒ in ſe formalit̄ formā quā producit: vt cū hō generat hoīem ⁊ equus equū. Scdo mō qn̄ agēs hʒ i ſe tm̄ v̄tualiter formaʒ quā ꝓducit ⁊ nō formaliter: vt cū ſol generat calorē in medio. Secūda diſtinctō ſit iſta ꝙ ſimilitudo formał̄ ē duplex quedā ſm̄ ſpēm ſpēaliſſimā: q̄daʒ ſm̄ aliq̄d cōmunius. Exēplum pmi: vt cū hō generat hoīem. exēplū ſecūdi: vt cū equus generat mulū quibus forte ē aliqḋ gen⁹ cōe: puta iumētū vel aliqḋ tale in q̄ ꝯueniūt: vt dicit ariſt. in hoc ſeptīo. Tertia diſtinctio ſit iſta ꝙ ſilitudo ſm̄ ſpēm ſpecialiſſimā q̄daʒ ē i forma et i mō eſſendi forme: quedā in forma ſolum ⁊ non i mō eſſendi. exemplū primi: hō generās hominē. exēplū ſecūdi: artifex ꝓducēs archam. qꝛ licet forma ſit in vtroqꝫ tamen in artifice exiſtit ſm̄ mōm intētiōalē i archa v̄o exiſtit ſm̄ mōm realem. Dictum igit̄ phi intelligit̄ ꝙ quelibet ꝓductō cuiuſcūqꝫ forme ē vniuoca accipiendo vniuocationem large ſm̄ aliquē dcōꝝ gradiuū: ſed ſtricte accipiēdo illa ſolū ē vniuoca in q̄ eſt ſimilitudo int̄ generās ⁊ genitum in forma et in mō eēndi forme.

## Quoniam vero diffinitio.

talibus agẽs videbat nõ moraliter agere magiſtrũ ſuũ platonẽ ĩpugnãdo: ideo ſe excuſat. d. veritatẽ eſſe ꝓferendã humane familiaritati. vnde dicit ꝙ ambobus ſcz veritate ⁊ platone exñtib⁹ amicis ſanctũ eſt. i. virtuoſum ⁊ iuſtũ ꝓhonorare veritatẽ. ¶ Arguit igit ari. cõtra platonẽ pluirib⁹ rõnibus quarũ vna eſt talis: quorũcũq; vna eſt ydea cõis eoꝝ eſt vnũ ꝑdicamẽtũ cõe: ſed bonoꝝ nõ ẽ vnũ cõe ꝑdicamẽtũ: ḡ nec vna cõis ydea: maior pʒ q2 plato põebat ydeas ĩ ſpecieb⁹ athomis que ſcz ꝑdicant de ſolis indiuiduis. Illa aũt que ſũt vnũ ſpecie nõ ſũt ĩ diuerſis ꝑdicamẽtis. vnde dicebat ydeam hominis eſſe ſubſtantiã ſepatã a motu ⁊ accidentib⁹ ꝑ accñs nihil habentẽ in ſpecie niſi naturã ſpeficã quã dicit eẽ hominẽ ꝑ ſe: ⁊ ſic de ydea equi aſini et aliarũ ſpecierũ. vt dictũ eſt ſeptimo metaphiſice: minor ꝓbat q2 bonũ cũ ſit cõuertibile cũ ente dicit de q̃libet ꝑdicamẽto ⁊ de quolibet ente: vt de⁹ dr̃ bon⁹ ⁊ ſubſtãtia bona: ⁊ virtutes que ſunt q̃litates bone: ⁊ ſic de reb⁹ aliorũ ꝑdicamẽtorũ: pʒ ḡ ꝙ nõ oĩm bonoꝝ eſt vnũ ꝑdicamentũ cõe. Itẽ arguit ſic: quorũ ẽ vna ratio ſpecifica eſt vna cõis ydea: ſed boni ⁊ ꝑ ſe boni eſt vna rõ ſpecifica ſicut hominis ⁊ ꝑ ſe hoĩs: ergo boni ⁊ ꝑ ſe boni erit vna ydea que dicit ꝑ ſe bona. Silr arguit ꝙ illis duob⁹ ꝑ ſe bonis eſt vna rõ cõis ⁊ per ꝯñs tertia idea: ⁊ ſuꝑ illas ſimilr inducã quartã: ⁊ ſic in infinitis. ¶ Et ſi diceret ꝙ bonũ ⁊ ꝑ ſe bonũ non ſunt vnius ſpecifice rõnis: q2 vnũ eſt ꝑpetuũ reliquũ aũt nõ. ¶ Contra hoc dicit: ꝙ hoc nõ tollit vnitatẽ ratiõis quia albedo vnius anni non eſt magis albedo in ſpecie albedinis q̃ albedo vnius diei: ⁊ ideo duratio nõ variat ſpeciem.

¶ Dicit vlteri⁹ ari. ꝙ ꝓbabili⁹ dixerũt pithagorici ponẽtes vnũ ſũmũ in coordinatiõe et ĩ nũero maioꝝ minoꝝ q̃ platonici q̃ poſuerunt illud ſũmũ bonũ cõe ⁊ ꝑticipatũ in oĩbus bonis. ¶ Ad euidẽtiam ꝑdictoꝝ notãdũ ꝙ ſi plato poſuerit ydeas eſſe q̃dditates rerũ ꝑ ſe exiſtẽ. ipſiſq; cões cõitate ſeu vlitate ꝑdicationis: vt ei imponit male poſuit: Si vero poſuerit in eſſe diuia: vt au⁹. tũc nõ eẽt impugnandus. ¶ Unde ſicut forme artificiales habent duplex eſſe ſcz vnum in actu ſm ꝙ ſunt in materia: ⁊ alterũ ĩ potentia actiua: ſm qꝺ ſunt in mente artificis. ſic forme naturales habẽt duplex eſſe. ſ. vnũ in proprio genere: ⁊ alterũ in pͥo motore: cũ eñ oĩa operet nõ naturali neceſſitate: ſed libera voluntate optet ꝙ habeat apud ſe formas exẽplares omniũ operandoꝝ que dicũt ydee ab ydos ꝙ eſt forma: ſunt nãq; forme exẽplares ⁊ rationes ſeu quidditates rerũ in ꝯmutabiles: Hee autẽ ydee licet ſint plures ſm rationẽ ſunt tñ vna ſm rem. Nãpe ydea per quã deus omnia creata cognoſcit ⁊ operat nihil aliud eſt q̃ diuina eſſentia inq̃tũ eſt exemplaris rerũ forma q̃ quia eminenter cõtinet oẽs res eſt rõ ipſas cognoſcendi ad cui⁹ imitationem nõ vniformem ſed multiformẽ producunt omnia ſubſiſtentia. deus nãq; ẽ cã finalis efficiens ⁊ exemplaris oĩm cui⁹ ꝑfectionẽ ſimplicem imitant creature ex ſua imꝑfectione ſm modũ differentẽ et imꝑfectũ. Quedã eñ ſm eſſe ſoliũ vt lapides: alie ſm eſſe ⁊ viuere: vt arbores ⁊ bruta: aliter ſm intelligere vt rõnales creature: ipa ḡ diuia eẽntia accepta ab ĩtellectu ſuo vt exemplar eternũ diuerſarũ rerũ producẽdarũ ſm diuerſum imitationis graduʒ q̃uis ſit vna ſm eſſe tñ aliquãdo dicit plures ydee propter pluralitatẽ illorũ quoꝝ eſt ſimilitudo ſeu exemplar. vnde licet ratio eterna qua conditus eſt homo et qua cõditus eſt equ⁹ ſit vna ſm rem: ẽ tamen alia et alia ſm rõnem iuxta varietatẽ q̃dditatũ cognitarũ. Uñ ipſe q̃dditates rerũ habẽtes eſſe cognitum dicunt ydee: vt lapis cognit⁹ poteſt dici ydea lapidis ſm ſco. 35. diſ. primi ſentẽtiarũ. ¶ Ad propoſitũ itaq; reuertẽdũ ſi plato ponẽs felicitatẽ cõſiſtere in quodã ꝑ ſe bono qꝺ eſt ydea omniũ bonoꝝ cuius participatiõe oĩa alia ſunt bona intelligat ꝑ illud ꝑ ſe bonum

ſi plato ponat felicitatẽ cõſiſtere
in quodam ꝑ ſe bono quod ẽ
idea omniũ bonorum cuius parti
cipatione oĩa alia ſunt bona q
idea ſit diuina eſſentia bene dr̃ q2
talis idea eſt eſſentialiter bona et
exemplar oĩs boni cuius parti
cipatione ⁊ cetera oĩa ſunt bona et

ipſam diuinā eſſentiā que eſt eēntialiter bona q̄ eſt idea ꝛ exemplar oīs boni: q̄ q̄dam eſt cōis ſeu vlis nō in pdicādo ſed in cauſando: q: videlicet omne eius ꝛ oē bonū eminēter ꝛ virtualiter cōtinēt cui⁹ pticipatiōe oīa alia ſunt bona: nō quidē ſicut indiuidua que pticipāt naturā ſpecificā: ſed ſicut effectus pticipat ſuā cauſam ipſam imitando ꝛ pfectiōes in ipſa eminenter cōtētas ptialiter ſeu ipfecte recipiendo. Si ſic intelligat vtiq; bene dicit ꝛ cōformiter dictis theologoꝝ. In viſione nāq; ꝛ fruitione ipſius diuīe eēntie cōſiſtit felicitas hoīs naturalis naturale accipiendo nō ꝓ naturaliter attingibili: ſed ꝓ illo ad qḋ adipiſcendū natura ipa ordinaṫ. ¶ Qd aūt ſic intellexerit plato videṫ ſentire Aug. vnde in pncipio. x. de ciuitate dei ſic dit. Elegim⁹ eīn platonicos oīm phoꝝ merito nobiliſſimos ꝓpterea q: ſapere potuerūt inmortalē ac rōnalē vel intellectualē hominis aīam niſi pticipato lumie ipius dei a quo ꝛ ipa ꝛ mūdus fact⁹ eſt beatā eſſe non poſſe: ita illud qḋ oēs hoīes appetūt. i. vitā beatā q̄ꝗ̄ iſti aſſecuturuz negant q̄ nō vni illi optio qui eſt immutabilis deus puritate caſti amoris adheſerit. Itē. x. de ciuitate hec itaq; cauſa eſt cur iſtos ceteris pferam⁹: q: cū alij phi ingenia ſua cōtinuerit in requirēdis rerū cauſis: ꝛ quinā eſt modus docēdi atq; viuendi. Iſti deo cognito repererūt vbi eſſet ꝛ cauſa cōſtitute vniuerſitatis ꝛ lux pcipiende veritatis ꝛ fons bibende felicitatis.

## Ca. IIII

## Rurſus redeamus;

r ¶ Poſtq̄ ariſ. iprobauit varias opiniones de bono hūano qḋ dicitṫ felicitas. hic pn̄r tractat de ipſa determinatiue inq̄rendo pmo felicitatis deſcriptionē. Circa qḋ pmittit q bonū appetibile eſt triplex qḋdā eīn eſt appetibile ꝓpter aliud vt diuitie. qḋdā aūt eſt appetibile ꝓpter ſe ꝛ ꝓpter aliḋ vt voluptates honores ꝛ ꝟtūtes: que lz ꝓpter ſe poſſint appeti: poſſunt et appeti ꝓpter aliud: vtputa nāq; appetim⁹ ꝓpter felicitatē: eſtimātes ꝑ ipſa fieri felices. qḋdā vero eſt appetibile ꝓpter ſe tm̄ vt felicitas que eſt finale bonū hoīs: cū nō ordineṫ ad aliud quātū eſt de ſe: ſed alia ad ipm. Ex quo patet q ē bonū ſufficiēs excludens indigentiā ꝛ bonū pfectū excludens ipfectionē quo cōplete habito bene eſt habenti. ¶ His premiſſis rn̄dit ariſ. q felicitas cōſiſtit in opatione hominis inquātū hō. Et arguit ſic ſicut ſtatuificus ꝛ q̄lbet artifex: vt talis artifex ſe habet ad ſuū finale bonū ſic hō vt homo ſe habet ad ſuū: ſed finale bonū cuiuſlibet artificis inquātū hmōi ē in opatione ſibi ꝓpria: ḡ felicitas que ē finale bonū hoīs erit in opatione hoīs inquātū homo. Qd aūt homo inquātū hō habeat opationē ſibi ꝓpriā ꝓbat arguendo a locū a minori ad mai⁹: q: textor et coriari⁹ ꝛ alij artifices qm̄ opanṫ ſm artem habent operationes ꝓprias inquātū ſunt tales artifices: ḡ homo inquātū homo qui operaṫ ſm naturā habebit ꝓpriā opationē alias homo eſſet alias ocioſum in natura qḋ dicere eſt inconueniens. ¶ Itē arguiṫ ſic: ſingule ptes hoīs habent opationes ſibi ꝓprias vt oculus videre ꝛc: ergo homo vt hō habebit ſuam ꝓpriā opationē. Hec aūt opatio nō eſt ſm ptē vegetatiuā q: illa etiā ꝯuenit plantis. nec ſm partē ſenſitiuam q: illa ꝯuenit aīalibus brutis: erit igiṫ ſm partē aīe rōnalē. Diciṫ aūt rōnale dupliciē vno modo de habēte pncipaliter rōnē cuiuſmodi eſt intellect⁹. Alio mō de illo qḋ ē bene pſuaſibile ꝑ rōnē cuiuſmodi eſt volūtas q̄ ꝑ intellectū dirigiṫ. Felicitas igiṫ q̄ eſt bonū humanū cōſiſtit in ꝓpria operatione hōis que eſt ſm ptem aīe rationalē q̄ ē opatio hoīs vt homo: cū aūt ſit eadē opatio hominis vt homo ꝛ ſtudioſi ſeu virtuoſi hoīs. felicitas q̄ ē operatio hominis vt homo erit opatio ſm virtutē: q: vero felicitas eſt optimū bonū humanū illa operatio in qua conſiſtit erit ſm optimā ꝟtutē: que āt ſit il

lis operatio declarabitur in .x. vbi de felicitate tractabit in speciali diſtinguendo inter politicam et contemplatiuam felicitatem: hic aūt de ipſa agit in cōmuni. ¶ Rurſus dicit ariſtotiles ꝙ talis operatio in qua conſiſtit felicitas debet eſſe perfecta ⁊ cōtinuari pro magna parte vite. quod ꝓbatur: qꝛ ſicut vna yrundo nō facit ver: ſic nec hominem felicem facit vna dies. ¶ Sed contra predicta arguitur: qꝛ ariſto. in p̄cedentibus arguendo contra platonem dicit ꝙ diuturnitas non variat rationem boni: qꝛ albedo vnius anni non ē magis albedo ꝙ albedo vnius diei: hic aūt dicitur ꝙ includitur in felicitate que eſt optimum bonum. Rn̄o ꝙ perfectio ſumma pōt intelligi dupliciter: vel intenſiue vel extenſiue. Si felicitas igitur ſumatur ꝓ pfectōne intenſiue ſolum: ſic non includit diuturnitatem. Si vero ſumatur pro perfectōne intenſiue et extenſiue ſumpta ſic ipſam includit. Unde licet albedo vnius anni non ſit perfectior albedine intenſiue vnius diei: eſt tamē perfectior extenſiue: ⁊ ſic intelligitur dictum ariſtotiles in ſecūdo topicorum. Quod bonum quanto diuturnius tanto melius. Sed contra hoc occurrit aliud dubium: qꝛ ex hoc videtur ſequi ꝙ felicitas non conſiſtat in operatōe virtutis: ſed in habitu virtuoſo: cum habitus ſit diuturnior. Reſpondetur ꝙ conſideratōnes phi in libro topicorum non tenēt in illis que plures habent differentias ſed in his que ſolum vnam habent differentiam quam conſiderat. Unde primo topicorum dicit ꝙ nō conſiderat in multis diſtantibus bonum ergo quanto diuturnius bonum tāto melius verum eſt ceteris paribus. In propoſito autem cetera non ſunt paria: quia habitus et actus non tantum differunt per permanentius vel diuturnius et minus diuturnum. Hec ſm Scotum diſt. 49. quarti ſententiarū. Ex predictis patet deſcriptio felicitatis ſcꝫ ꝙ felicitas ē operatio hominis ſm optimam virtutem ī vita perfecta. ¶ Conſequenter declarat ariſtoti. deſcriptiōem felicitatis bñ aſſignatam ex eo ꝙ cum ipſa aliqualiter cōſonant ea que dicta ſunt ab alijs de felicitate quod eſt ſignum et probabile argumentum ꝙ ipſa ſit bene aſſignata.

¶ Circa quod premittit ꝙ bonorum quedam ſunt bona interiora: et horum quedam ſunt bona anime vt ſcientie ⁊ virtutes: quedam ſunt bona corporis: vt ſanitas vel pulchritudo. Alia autem ſūt bona exteriora ſicut diuitie ⁊ honores cum iſta diuiſione itaqꝫ data conueniūt ea que a ſapientibus dicuntur ponētibus felicitatem conſiſtere in bonis anime que ſunt principaliſſima bona. Hoc patet: qꝛ operationes anime in quibus conſiſtit felicitas vt dictum eſt ad anime bona pertinēt. Huic etiam ſententie concordat ꝙ omnes communiter dicunt ꝙ bene viuere eſt eſſe felicem: qꝛ fere nihil aliud eſſe videtur vita bona ꝙ bona operatio. Cum predicta etiam diuiſione conueniunt illi qui poſuerunt felicitatem eſſe virtutem: qꝛ operatio ſm virtutem eſt aliquid pertinens ad virtutem. Veruntamen melius dicitur ꝙ ſit operatio ſcōm virtutem ſicut enī melior eſt vſus poſſeſſionis ꝙ ipſa poſſeſſio: ita melior eſt vſus ſeu operatio ſcōm virtutem ꝙ ipſa virtus: ꝑ hanc nanqꝫ premium acquiritur. ¶ Et ponit ariſtotiles exemplū ⁊ quia agoniſantes ī olimpiadibus coronantur: non autē non agoniſantes licet ſint viri fortiſſimi. ſic ⁊ virtute vtentes preferuntur virtutē habentibus et non ea vtentibus.

¶ Circa quod notandum ꝙ olimpia dicitur ab olimpo monte qui eſt in Grecia Et dicitur ab olon quod eſt totū ⁊ phos quod eſt lux vel ignis: quaſi totus lucidus vel igneus. Unde et celum aliquādo dicitur olimpus iuxta illius montis celſitudinem. In illo autem monte antiquitus a quinquennio in quinquennium fiebant celebritates ſolēnes et ludi exercitatiui humanarum virium: et vocabātur olimpiades in quibus victores premiabantur. Ab his igitur phus traxit exemplum. ¶ Fuerunt etiam aliqui dicentes ꝙ felicitas eſt virtus cum delectati-

one qui etiam cum vera diuiſione concor=
dant: quia vnicuiqꝫ eſt delectabile illud
quod diligit. Cum ergo virtuoſus dili=
gat opera virtuoſa ſequitur ꝙ operatio
virtuoſa ſit ſibi delectabilis: que quidez
delectatio potior eſt alijs delectatõnibꝰ
quia eſt magis naturalis cum ſit partis
rationalis que eſt nobilior pars homis
per quam conſtituitur homo in ſpecie.
Unde virtuoſus non indiget extrinſeca
voluptate cum habeat delectationem in
trinſecam in operatione virtutis que eſt
plurimum delectabilis pulchra et bona
quod patet maxime per iudicium ſapiẽ=
tis ⁊ virtuoſi viri: qui operatõnes virtu=
oſas iudicat eſſe maxime delectabiles.
¶ Ubi notãdum ꝙ licet voluptates car
nales ſint magis impetuoſe propter paſ
ſiõs ab obiectis ſenſibilibꝰ illatas ſenſi
bus ⁊ inclinationem appetitus ſenſitiui
Spirituales tamen ſunt delectabiliores
licet mundani carnalibus dediti oppo=
ſitum iudicant: ſed iudicium ipſorum eſt
falſum: quia ſcdm Auguſtinum Acetuz
delectationis carnalis quo ſunt repleti
non ſinit mel ſuauitatis ſpiritualis de=
guſtare. Unde ait apoſtolus. Animalis
homo non percipit ea que dei ſũt. Per
oppoſitum autem veraciter iudicant ho
mines virtuoſi qui habent rectum ſenſũ
circa operationes virtuoſas. Unde ait
pſalmiſta: Quamdulcia faucibus meis
eloquia tua ſuper mel ori meo. Iudicio
igitur virtuoſorum qui ſunt experti deli
cias ſpirituales credendum eſt.
¶ Conſequenter declarat ariſt. quomo=
do cum predicta diuiſione conueniunt illi
qui ponunt felicitatem diuitias licz nan
qꝫ filicitas non principaliter conſiſtat ĩ
ipſis ſed in operatõne virtutis ſecunda=
rio tamen ipſis indiget. ¶ Pro quono=
tandum ꝙ exteriora bona que dicuntur
bona fortune aliter requiruntur ad feli=
citatez politicã aliter ad contemplatiuã
Ad felicitatem nanqꝫ vite contemplatiſ=
ue talia non requiruntur vltra neceſſari
am ſuſtentationem vite: imo proſperitas
temporalis contemplationi preſtat im=
pedimentum. Hinc eſt ꝙ phi diuitias ⁊
mundi blandicias cõtemnebant vt phi=
loſophie vacarent. Talia tamen faciunt
ad quendam ornatum et pulchritudinẽ
politice vite actiue. vnde redditur homo
ciuiliter viuens contemtibilis in oculis
aliorũ ſi ſit pauper ignobilis aut ſi peſ
ſimos filios aut amicos habet.

## De cauſa felicitatiſ. Ca. V. Unde et queritur.

1 Hic conſequẽter inquirit ariſ.
vnde cauſetur in nobis felici=
tas: an vicz proueniat a cauſa
diuina an humana vel a caſu ⁊ fortuna?
Ad quod dicit ſi eſt aliquod deorum do
num rationale ẽ illud eſſe felicitatem cũ
felicitas ſit ſummum bonum omniũ bo=
norum humanorum. Si autẽ felicitas ñ
ſit donum a deo miſſuz ſed proueniat ab
homine per ſtudium ⁊ exercitium virtu
tis: nihilominus videtur eſſe aliquod di
uiniſſimũ cum ſit premiuz et finis virtu=
tis. ¶ Circa quod notandum ꝙ non di=
citur aliquid diuinum ſolum qꝛ inmedi
ate ſit a deo ſed quaſi nos deo aſſimulat
in quo eſt excellentia ſanctitatis. Per
virtutes autem in quarum operatõne cõ
ſiſtit felicitas deo aſſimulamur. Loqui
tur autẽ dubie ariſtotiles ſcdm Scotum
in prologo primi ſententeiatum: quia
naturali ratione ad veram felicitatẽ na=
ture humane non potuit pertingere.
Per hanc nanqꝫ tantuz peruenit ad no
ticiam felicitatis naturalis que habetur
in hac vita que conſiſtit in opatione vir=
tutis et ſpeculatione veritatis: que qui=
dem eſt a deo principaliter ⁊ ſecundario
ab homine: eſſe autẽ aliam felicitatez ra
tione naturali non concluſit. ¶ Licz au=
tem ariſto. dicat in duodecimo metaphi
ſice eſſe vnum deum principem vniuerſi
qui eſt virtutis infinite: hic tamen ſub=
ſtantias ſeparatas vocat deos non per
virtutis infinitatem ſed per eterne beati
tudĩs pticipatõẽ. et ꝙꝙ demões a pbuſ
dã dij nũcupẽtur: ſꝫ tñ auguſ. in. 8. d ci=
uitate dei: Platonici ponentes vnum

deum ſummū ceterorum deorum opificem. Appellat deos ſpiritus celeſtes eterna beatitudine perfruentes. Demones vero ſpirit⁹ eterne miſerie ſubiugatos: vnde ibi recitat apuleium platonicū dicentem demones eſſe genere aīalia: corpore aerea: mēte rationalia: animo paſſiua duratōne eterna. Ipſorum nempe miſeria innuitur p hoc q animo paſſiua dicuntur. ¶ Declarat vlterius ariſto. q felicitas habet eſſe a cauſa humana cum per diſciplinam et ſtudium poſſit ineſſe omnibus non orbatis ad virtutē. i. non habentibus impedimentum ad operandum opa virtutis: vel p malam cōſuetudinē: vel p nature defectum cuiuſmōi ſūt naturaliter ſtulti. Q aūt felicitas non ſit a caſu vel fortuna pbat: qr cū ſit maximū omniū virtutū eſſe valde pniciosum ſi a fortuna hominibus aduenire: ultro magis namq alia humana bona eſſent a fortuna et ceſſaret ſtudium humanū circa humana bona exequenda: qd eſſet periculoſiſſimum. ¶ Ex pdictis infert ariſ. q nullum irratōnale aīal pōt eſſe felix: qr cum rōne careat nō pt cōicare in opatōe vtutis: nec etiā pueri qr pter defectū etatis nondū habent pfectum vſum rationis vt poſſint operari opa virtuoſa. et ſi aliqñ dicātur boni hoc ē pter ſpem future pfectōis q ex aliqbus indicijs ab eis pcipitur. Ideo aūt non ſūt p tūc felices: qr felicitas et indiget virtute pfecta et vita perfecta: vt dictum eſt. ¶ Inquirit vlterius ariſt vtrum aliquis ſit felix cum viuat? Circa quod dicit ſolon q felicitas nō pt haberi in hac vita ſed ſolum poſt mortē: cum hec vita ſit multis miſerijs et tranſmutationibus fortune ſubiecta: ſepe nāq accidit vt illi qui exterioribus bonis habundant incidunt in maximas calamitates. Iſte ſolon leges dedit athenienſibus: et numeratur inter ſeptem ſapientes ab auguſtino. xviij. de ciuitate dei. ¶ In oppoſitum vero dicit ariſto. q homo poteſt eſſe felix in hac vita non obſtantibus infortunijs: quia in his bonis exterioribus non conſiſtit pncipaliter felicitas: vt dictum eſt in precedentibus. ſed ī operationem, ſm virtutem que non variatur per huius vite infortunia: cum virtutes ſint habitus permanentiſſimi: ſunt enim ſtabiliores ſcientijs demōſtratiuis: cum ſm eas homines cōtinue operentur: et hec videtur eſſe cauſa vt non ſiat circa ipas obliuio: ſed felix eſt in virtute perfectus: ergo ſemper poterit operari ea que ſūt virtutis. et ſic optime feret omnes fortunas et in omnibus ſe prudēter habebit nec in infortunijs ſuccūbet. et ita faciliter non tranſmutabitur de felicitate in miſeriam: ſed erit ſicut tetragonus ſine vituperio.

Ubi notandum q Tetragonus dicitur corpus cubum: quod videlicet habet ſex ſuperficies: octo angulos: et duodecim latera. tale autē corpus qualitercunq iaceatur. et ſuper quodcunq latus ceciderit ſemper fixe ſtabit: et in eadem altitudine permāebit: ſic homo virtuoſus nec eleuatur in proſperis nec deicitur in aduerſis: et ſic eſt ſine vituperio ſicut corpus vndiq quadratum.

¶ Dicit itaq ariſtotiles q cum operationes virtuoſe habeant dominium in felicitate: quia in ipſis principaliter conſiſtit felicitas ñ ſequitur propterea q beatus fiat miſer propter infortunia: quia fortunis ſibi datis bene vtetur: ſicut pertinet ad coriarium: q ſm data ſibi coria faciat calciamenta. et ſic de alijs artificibus. Prudenter etiam ſe habebit circa fortunam filiorum, vel quorumcunq amicorum qui conferunt homini et ī malum et in bonum. Amicabile namq eſt de bono amici gaudere: vl de malo vt de proprio dolere. Huiuſmodi autem fortune amicorum aliter conferunt viuis et alr mortuis: ſicut alr conferunt ea que ī tragedijs recitantur et que fiunt in preſentiam. ¶ Ubi Notandum q in theatris in quibus erant loca ludorum recitabātur virorum illuſtrium geſta preclara et eorum preconia et premia: vt ex hoc animentur audientes ad ſimilia: et hec recitatō

dicebatur comedia. Uñ ꝯmedia dicitur
a comos quod eſt villa ⁊ odos quod eſt
cantus quaſi cantus villarum. Recita-
batur etiam hominum geſta mala ⁊ tur
pia et eorum obprobria vt ex hoc anima
rentur audientes ad cauendum talia: et
hec recitatio dicitur tragedia a tragos
grece quod eſt hircus latine: qꝛ traged⁹
poſt tragediam recipiebat hircum ꝓ mu
nere officij ſui. ſicut ergo ī tragedijs mi-
nus tangebantur audientes geſta olim
preterita ꝙ̄ preſentia: ſic minus tangun
tur mortui ꝙ̄ viui ex amicorum fortunis
qꝛ illi ſunt vt olim preteriti: iſti vero vt
preſentes. Unde dicit ariſto. ꝙ aliud vi
dentur conferre defunctis bone operati-
ones et infortunia amicorum non tamē
taliter ꝙ felices faciāt miſeros: vel miſe
ros faciant felices: de quo magis habet
videri in .4to. ſentē. ¶ Ex predictis pa
tet ꝙ felicitas naturaliter acquiſita de q̄
loquitur ariſtoti. poteſt haberi in hac vi
ta non obſtantibus huius vite infortuni
js: non tamen poteſt hic adipiſci vera et
perfecta felicitas omnē pēalitatē exclu
dens que nec etiam poteſt ratione natu-
rali inueſtigari ſed ad eius noticiam ha-
bendam ſupernaturalis illuſtratio neceſ
ſaria eſt. Fuit tamen vera felicitas aliq̄-
bus gentilibus celitus inſpirata ſicut be
ato iob: ſic etiā plato habuit noticiam de
verbo dei in eterna generatōne humaᵐ
intellectum tranſcendente ſm Auguſt.
in octauo libro confeſ. Aliqui etiā genti
les temporalem eius incarnationem ſan
cti ſpiritus inſtinctu cognouerūt. Unde
tēpore Conſtantini fuit repertum cuiuſ-
dam gentilis ſepulchrum laminam ha-
bens auream in qua erat ſcriptū chriſt⁹
naſcetur ex virgine et credo in euz. Sic
ſibilla erithrea prenunciauit chriſtum fi
lium dei mundum ſaluaturum fideleſqꝫ
et incredulos in carne reſumpta indica-
turum ſm auguſtinum. xviij. de ciui. di
ca. xxiij. Fuit autē Sibilla circa tempuſ
regis ezechie regnante romolo qui ciui
tatem romanam edificauit. Hoc etiā mo
do potuit ortum habere pħorum opinio
de anime rationalis inmortalitate ꝙ rati
one naturali non poteſt demonſtrari: li-
cet probabiliter poſſit perſuaderi. Non
enī omnia dicta a pħis probantur ratōe
naturali ſed perſuaſione vel vulgari opi
nione precedentium ſm Scotum 43. di
ſtinctōne quarti ſententiarū. q. ij.

## Capitulum ſextum.

### Determinatis autem.

¶ Hic ariſtotiles agit de felicita
tis dignitate et eius dependen-
tia a virtute inquirens vtrum ſit bonum
laudabile vel honorabile. ¶ Ad cuius
euidentiam Sciendum ꝙ Laus ꝯſiſtit
in ſolis ſignis verborum: Honor autem
in quibuſcunqꝫ ſignis exterioribus: ⁊ ſic
laus in honore includitur. ¶ Item notā
dum ꝙ laus et honor aliquando ſumun
tur large pro teſtificatōne cuiuſcunqꝫ ex
cellentie vl' exhibitione reuerentie: ⁊ ſic
ſepe vnum ſumitur pro reliquo: ⁊ ſic lau-
dantur ⁊ honorantur non tantum bona
propter aliud ſed etiam bona propter ſe
Unde de deo qui eſt ſummum bonū di-
cit Pſalmiſta Magnus dominus ⁊ lau
dabilis nimis. Alio modo ſumunt̄ ſtri-
cte ⁊ ſic laus eſt teſtificatio excellentie ī
ordine ad aliud: et fit ſolum in verbis vt
dictum eſt. ¶ Honor autem eſt exhibitō
reuerentie in teſtimoniū excellentie ab
ſolute: et poteſt fieri in verbis ⁊ factis vt
inclinationibus munerum oblationibuſ
ymaginum inſtitutionib⁹ ⁊ alijs ſignis.
Accipiendo igitur laudem proprie dicit
Ariſtotiles ꝙ felicitas non eſt bonū lau
dabile quod eſt bonum propter aliud:
Laus eſt enim virtutis in ordīe ad ope
rationem: quia per eam ſumus operato
res bonorum: et hoc tam in virtutibus
anime ꝙ̄ in virtutibus corporum: vt ali-
quis laudatur ſcḋm virtutem corporis
quia eſt fortis ad pugnandū ⁊ agilis ad
currendum. Cum ergo felicitas ſit bonū
perfectum propter ſe non eſt bonum lau
dabile ſed honorabile ſeu beatificabile.
optimorum enī non eſt laus ſed aliquod
melius laude: ⁊ ſic deos dicimus beatoſ

et optimos viros in quibus eſt quedam
participatio diuinitatis aliquid melius
laude attribuẽtes eis. ¶ Probat etiam
ꝙ felicitas ſit bonum honorabile: q2 eſt
principiũ cuius gratia cetera omnia ope
rantur: ⁊ ſic eſt quaſi quoddam diuinū.
Nam deus eſt principium et cauſa omnis
boni. Honor autẽ debitus deo et ſanctis
diſtinguitur a theologis in latriam. yperdu-
duliā: et duliā. Latria eſt honor ſoli deo
debitus actu exteriori vel interiori in ꝓ
teſtatione ſui dñij. yperdulia eſt excellẽ
tiua reuerẽtia exhibita creature: et debe
tur humanitati chriſti ⁊ puriſſime matri
eius. Dulia vero alijs ſanctis: de quo ī
tertio ſententiaꝝ. ¶ Deinde agit. p. de
felicitatis dependentia ad virtutẽ oſten
dens ꝙ inquirens de felicitate debet ꝑ-
ſcrutari de virtute cum in diffōne felicita
tis ponatur virtus. Eſt enī operatio ho-
minis ſm virtutem. vnde ciuilis ſciẽtia
cuius finis ē humana felicitas circa vir-
tutis ſtudium videtur maxime inſudare
Intendit enī ciues bonos facere ⁊ legi-
bus obedientes: ſed conſideratio politi-
ce ad preſentem ſcientiam pertinet: quia
in hac ſcientia tradūtur principia politi
ce. Ex quo patet ꝙ conſideratio de v̓tu-
te pertinet ad pñtem ſciẽtiam. ¶ Nunc
vero felicitas eſt operatio anime inqui-
rendū eſt de virtute anime et nō de v̓tu
te corporis: ⁊ ſic inquirendū ē de ipſa aīa
quod probat ariſto. a ſimili: q2 ſicut me-
dicus oculoꝝ ⁊ alioꝝ membroꝝ corpo
ris habet agnoſcere de corpe: ſic iſta ſciẽ
tia tanꝙ medicina anime habet conſide
rare de anima. Si vero in hac ſciẽtia cō
ſideratur de anima ꝓpter virtutes eſt tā
tum de ipſa conſiderandū inquantū ſuf-
ficit ad beatitudinem ⁊ ad virtutes. Am
plior autem cōſideratio eius ſpectat ma
gis ad naturalem phm. ¶ Dicit ergo a-
riſtoti. ꝙ quedā ps ſeu partialis perfec-
tio anime eſt rationalis ⁊ quedam irrati
onalis. Irrationalis autẽ eſt duplex: q̄-
dam enī nullo modo participat rationē
ſicut plantatiua vel vegetatiua que īue-
nitur in plantis et in embrionibus: ⁊ in

omnibus que nutriuntur. Cum aūt hec
ſit cōmunis hominibus et brutis ⁊ plan
tis ideo non eſt humana. ¶ Ad euiden-
tiam predictoꝝ ſm alex. de hal. in pma
pte. ij. ſentẽ. ꝙ embrio nō habet animā
ſe informantẽ: q2 tūc in homīe eſſent plu
res anime: cuius oppoſitum tenet augu-
ſtinus in li. de eccľaſticis dogmatibus.
Sed dicitur hic anīa vegetatiua eſſe in
embrione: q2 habet animam operantem
aliquo modo in ipſo. i. operationē anīe.
In deciſione enī ſeminis a generante de
linquitur v̓tus in ſemine que inualeſcit
et vigoratur a virtute corporis animati
ipſam continentis per quam fiunt in eo
operationes vegetatiue vt alimento vti
⁊ augmentari. Unde ſemen deciſum in
matrice vertitur in ſanguinem ⁊ ſāguis
in embrionem. Embrio autẽ habet figu
ram quandam maſſe carnis que eſt in ꝓ
pinqua diſpoſitione ad figuras membro
rum.

## Sed contra predicta arguit

ſic: Embrio viuit ergo habet animam ſe
informantem. Conſequentia eſt nota q2
animatum et viuens ad ſeinuicem paria
ſunt: vt habetur in libro de motu cordis
Probatur antecedens per ariſtotilem
xvj. de animalibus dicentem ꝙ om̄e cō-
ceptum viuit ſicut viuunt arbores: ⁊ vo
cat conceptum ſemen relictum in matri-
ce a generante. ¶ Item in libro de motu
cordis dicitur ꝙ ex eſt viuens ⁊ adole-
ſcens. ¶ Rñ° ad primum ꝙ viuere nō ſu-
mitur ibi proprie prout viuere dicitur il
lud quod habet animam formā ſui ⁊ ꝑ-
fectionem. Si vero embrio ſic viueret:
tunc eſſet corpus animatum: et per cōſe-
quens eſſet planta vel animal quod eſt
falſum. Sed poteſt dici viuere extenſo
nomine vite ex influentia quam recipit a
corpore continente viuificato ab anima
ſe informante. Eo mō poſſunt poma di-
ci viuere ex influentia quam recipiunt a
planta cui contigua ſunt que viuificatur
ab anima vegetatiua. ¶ Ad ſecundum
dicitur ꝙ embrio aliquando nomine ex-

tenſo dicitur fetus formatus ⁊ organiſa
tus et hoc modo eq́ꝫ eſt viuens embꝛio ⁊
adoleſcens.

Declarat vlterius ariſtotiles
q̄uo ip̄a anima vegetatiua cuius poten-
tia ſunt nutritiua augmētatiua ⁊ genera
tiua non eſt humana: ⁊ hoc ſic: ſcḋm opera
tionem illius qḋ dr̄ humanū homo dici
tur bonus vel malus felix vel miſer: ſed
ſcḋm operationem nutritiue hō non dici-
tur talis quia tunc homo eſſꝫ maxime ī
ſompno talis in quo potētia nutritiua ex
ercet maxīe ōpationē. In ſōpno aūt hō
non dicit̄ felix. Unde cōmuniter dicitur
ꝙ felices nō differūt a miſeris ſcḋm dimi-
dium vite ſue ſiue ſcḋm ſomnū. In ſomno
namqꝫ quieſcit a ſua operatōne illa pars
anime ſcḋm quam homo dicitur bonus vł
malus. Cōtingit tamē ꝑ accidens ꝙ bo
nus ⁊ malus in ſompno drn̄t ꝑpter dif-
ferentiam que fuit in vigilando inquātū
vices quidē motuum planetā perueniunt
ad dormientes. Ita enī que homo cogi-
tat vigilando ſepe occurrūt fantaſie dor-
mientis. et ideo dicit ariſto. ꝙ meliora
ſūt fantaſmata ſtudioſoꝝ ſeu virtuoſorū
ꝙ quorūlibꝫ alioꝝ. ¶ Ad euidentiā pre
dictorū notādū ꝙ ꝓ ſtatu iſto eſt conne-
xio intellectus cū virtute fantaſtica ita ꝙ
intellectus nō pōt ſuam operationē ex-
ercere niſi fantaſia concurrat fantaſiādo
ſeu imaginando. Hinc eſt ꝙ leſo vel im
pedito organo fantaſie vt patet in frene-
ticis intellectus impeditur a ſua opera-
tione. Quia igit̄ in ſomnis virtutes ſen
ſitiue interiores ſūt impedite propter fu
moſitatem ciborum aſcendentiū ad cere
brū virtute caloris ipos in ſtomacho de-
coquētis: Ideo intellectus tūc non pōt
recte decernere quare nec meret̄ nec de-
meretur homo ex his que accidūt ī ſom-
nis: ſed conſenſus volūtatis precedēs vł
ſubſeq̄ns ſompnum imputatur ad meri-
tum vel demeritū. Sepe tamē ea que ac
cidūt in ſompnis ſūt ſequele eorum que
in vigilia preceſſerūt. quia igit̄ hec pars
anime eſt expars humane virtutis quo-
modo ſit propris homīs eſt ad preſēs re
linquenda. ¶ Notandū ꝙ in ſompno ne
dum ligant̄ ſenſus interiores ſed etiā ex
teriores. cuius cauſa eſt: qꝛ vapores per
calorem cordis ad cerebrum eleuati ꝓp
ter frigiditatem cerebri ingroſſātur ⁊ de
ſcendūt in quo deſcēſu obſtruūt vias et
meatus venaꝝ per quas ſpiritus ſenſiti
ui a ſenſu cōmuni tanꝙ a fonte deriuan
tur ad ſenſus exteriores. In ſompno au
tē contingūt ſompnia non tantū confor-
mia diſpōni anime ſicut ſtudioſus ſomp
niat ſtudioſa ſed etiā complexioni corpo
ris vt flegmatici ſompniāt de aquis vel
fluuijs. Colerici de igne. Sanguinei de  *coleric*
aere: vt ꝙ volāt vel aliquid ſimile agāt.  *sanguin*
Melancolici vero de terra. Accidūt eti-
am quādoqꝫ ſompnia miſterio angelorū  *melan*
ſeu illuſione demonū. Sompniam⁹ etiā
nō ſolū illa que ſperam⁹ vel operamur ī
vigilia precedenti: ſed etiam illa que lō
go tempore non occurrerunt noſtre cogi
tationi. cuius ratio eſt: quia ſpecies tali
um vel conſimiliū reſeruātur in fantaſia
⁊ ideo ſenſus cōmunis qui habet iudica
re de obiectis ſenſuū particulariū cuius
vſus ligatur in ſomno iudicat de fantaſ-
mate ſibi preſentato ꝙ ſit res cuius ē fā-
taſma. ¶ Dicit conſequenter ariſt. ꝙ eſt  *apetit*
alia pars anime que licet ſit irrationalis
eſt tamē aliqualiter particeps rationis.
hec autē pars anime eſt appetitus ſenſi-
tiuus: ⁊ ꝙ hec pars irrationalis ſit in ho
mine declarat ariſtotiles ex conueniētia
⁊ differentia continētis et incontinētis.
Conueniūt enim in hoc ꝙ vterqꝫ habet
rationem laudabilem. In vtroqꝫ etiam
eſt appetitus qui contrariatur ratōni ſci
licet appetitus ſenſitiuus. ¶ Differunt
autem quia incontinens vincitur huiuſ
modi appetitum ſequendo paſſione de-
ſiderij et concupiſcentie adueniente.
Non autem continens: quia appetitus
ſenſitiuus continentis obedit rationi. ⁊
ideo licet ſit de ſe irrationalis dicitur ta
men aliqualiter cōmunicans in ratōne.
Exemplum huius ponit ariſtotiles ī cor
poribus. ſicut enī videmus ꝙ particule

corpoꝝ diſſolute ex infirmitate vel ebrietate in hominibus eligentes ipſas mouere ad dexteram ſepe feruntur ad ſiniſtram Sicut nanqꝫ ebrij contra electionem voluntatis crucem faciunt de tibijs: Ita licet ratio incontinentis preeligat et abſtinendum Veruntamen paſſione appetitus ſenſitiui fertur in oppoſitum. ¶ Licet autem hec pars ſeu potentia anime obediat rationi continentis: eſt tamen magis ſubiecta in homine ſobrio et temperato propter maiorem aſuefactionem in operibus virtuoſis.

¶ Ex predictis infert phus ꝙ irrationale videtur eſſe duplex. Quoddam nullo modo in ratione participans vel communicans: puta planta: et ſic de alijs. Alterum autem in ratione participans: vt concupiſcibile: et vniuerſaliter omne appetibile ſiue ſit appetitus ſenſitiuus: ſiue appetitus intellectiuus que dicitur participare rationem ſcḋm quod eſt exaudibilis vel obedientiabilis ratiōi ſuadenti deprecanti et increpanti admoduꝫ patris et amicorum admonentium.

Dicit conſequenter ꝙ ſi velim⁹ illam particulam que aliqualiter participat rationē dicere rationalem tunc rationale erit ſimplex: Quoddam enim habens rationem principaliter ſiue ī ſeipſo quod dicitur rationale per eſſentiam. Aliud autem ſicut exaudibile et perſuaſibile a ratione quod dicitur rationale per participationem: et ſcḋm hanc differentiam ſumitur diſtinctio virtutis: quarum quedam ſunt intellectuales: vt ſapientia intellectus et prudentia. Alie autem morales: vt ſobrietas et liberalitas.

¶ Ex iſta littera mouentur quidam ad ponendum virtutes morales in appetitu ſenſitiuo eo ꝙ diuidit philoſophus virtutes morales ab intellectualibus ſecundum diuiſionem partis rationalis ꝑ eſſentiam et rationalis per participationem: que pars dicitur appetitus ſenſitiuus: Quia ſicut virtutes intellectuales ſunt in intellectu: ſic morales ſunt in illo appetitu que eſt obedientiabilis rationi. ¶ Item ad hoc adducitur commentator qui hunc paſſum exponens ſeu declarans dicit ꝙ ſunt in eo quod eſt medium inter partem plantatiuam ⁊ rationalem: et talis non eſt voluntas. ¶ Iteꝫ alia ratione: quia in eodem ſunt virtutes moderantes et paſſiones moderate: ſed paſſiones ſunt in appetitu ſenſitiuo: ergo et virtutes ipſarum moderantes.

¶ Hanc opinionem impugnat Doctor ſubtilis Scotus triceſima tertia diſtinctione tertij ſententiarum ponens virtutes morales in voluntate. Quod probatur ſic: Virtus eſt habitus electiuus: ſecundo huius. Electio autem eſt actus ꝑtis rationalis ſeu appetitus intellectiu⁹ ex ſexto hui⁹: ſed habitus eſt potentie illi⁹ cuius eſt ꝑ ſe illius oꝑatio: igit habitus moral ꝑ ſe eſt ipi⁹ volūtatꝭ. Cōfirmatur qꝛ cū habit⁹ moralis ꝑficiat habentē et ipſum reddat facilem ad rationeꝫ meritoriam debet poni in illa potentia que eſt pricipiū act⁹ meritorij cui⁹ ē volūtas

Ad argumentum. Ad primum dico ꝙ p. ñ diſtinguit virtutes morales ab intellectualibus ſm diſtinctionem intellectus et appetitus ſenſitiui: ſcm iuſticia ſcḋm ipſum in quinto libro ethicorum: nec ſit in intellectu nec in appetitu ſenſitiuo. ¶ Item inquirens rationes felicitatis ī precedentibus excludit partem ſenſitiuam: quia ī iſta non eſt operatio hominiſ ſcḋm ꝙ homo que eſt operatio ſcḋm virtutes morales.

Ulterius diuidit partem rationalem in intellectum ⁊ perſuaſibile a ratione cuius eſt voluntas. Diſtinguit ergo phus in ꝓpoſito virtutes morales ab intellectualib⁹ ſm diuiſionē intellectus ⁊ appetitus vlr ſumptis. hoc pꝫ ex littera ꝓcedenti vbi dicit ꝙ eſt qddaꝫ irrationale in ratione cōicans vt cōcupiſcibile ⁊ vniuerſaliter omne appetibile ꝙ aliqualiter ꝑticipat rōnē ſm qd eſt et exaudibile vel obedictiabile: Nō ſeq

tur. igit ex textu p̄bi q̄ virtutes morales ſint in appetitu ſenſitiuo. ¶ Notandū eſt aūt circa p̄dicta q̄ p̄hs aliqñ accipit p̄ſuaſibile p̄ ratione ſeu obedientiabile rōni ꝑ volūtate. Aliqñ ꝑ appetitu ſenſitiuo. voluntas tñ que eſt libera magis ꝓprie pōt dici p̄ſuaſibilis a rōne. Appetit⁹ vero ſenſitiu⁹ q2 nō eſt liber non eſt ꝓprie p̄ſuaſibilis ſ3 obediētialis: quia ſubdit imperio volūtatis que ē rōnalis p̄ eſſentiā: nō aūt appetit⁹ ſenſitiu⁹ ſed p̄ p̄ticipationē tm̄. Sicut aūt obedientiale rōni ſumit dupliciter ſic rōnale p̄ eētiā. Uno modo stricte ⁊ primo ⁊ ſic cōpetit ſolū intellectui q̄ intelligit ⁊ rōcinat. Alio mō nō p̄rio ſed large ⁊ ſic cōpetit volūtati que licet ſit rōnalis p̄ p̄ticipationē inquātū eſt p̄ſuaſibilis ⁊ dirigibilis ab itellectu dicit tñ eſſe rōnalis p̄ eſſentiā inquātū imperat intellectui. vnde poteſt intellectū cōuertere vt cōſerat de hac materia vel de illa. Dicit etiam rōnalis p̄ eſſentiā q2 nūq̄ inuenit ſine ratione. nō ſic de appetitu ſenſitiuo qui eſt etiā in brutis ratione carētib⁹ ⁊ iō ē tm̄ rationalis p̄ p̄ticipationē. ¶ Ex p̄dictis patet q̄ volūtas eſt qōdā medium inter ſenſum ⁊ intellectū qō aliquādo dicitur ratio aliquādo p̄ſuaſibile a ratione ⁊ ſic mediū nūc noīat ab vno extremo nūc ab alio. ¶ Ad auctoritatē cōmētatoris dico q̄ in appetitu ſenſitiuo pōt poni aliquis habit⁹ ad hoc vt delectat moueat ad obediendū rōni: ⁊ iſte habit⁹ licet nō ſit ꝓprie virt⁹ q2 nō eſt habit⁹ electiu⁹ nec inclinās ad electionē pōt tñ cōcedi aliquo mō eſſe virtus q2 īclinat ad ea q̄ ſunt cōſona rationi recte. In p̄te namq̄ corporis poteſt eſſe virtus ⁊ habitus ſicut in manu ſcriptoris ⁊ pictoris: p̄t3 ſic man⁹ inexercitata eſt inabilis ad cithariſandū exercitata aūt abilis que abilitas ponit eſſe quedā virtus q2 eſt quedā qualitas abilitās ad opus virtutis. hoc etiā poteſt cōcedi in irrōnali ſicut ī equo qui eſt abilitat⁹ ad quoſdā act⁹ ad quos eſt aſſuefact⁹. nō aūt inuenit talis abilitas in inaīatis q2 ex cōſuetudine nō facilius tendit ſurſum lapis. Hec aūt qualitas min⁹ p̄fecte habet rōnem virtutis q̄ illa que eſt in voluntate inclinans ad electionē vt dictū eſt. Et p̄ hoc pōt rñderi ad oēs auctoritates q̄ adducerent in hac materia. ¶ Ad tertiū dico q̄ nō ē neceſſe virt⁹ moderātes ⁊ paſſiōes moderatas eē in eodē: volūtas enī pōt moderare paſſiones appetit⁹ ſenſitiui multipliciter: vno mō referēdo illā delectactationē ad finē ꝓſonū rōni recte. Itē impando ꝓſecutionē vel fugā fit nāq̄ paſſionis moderatio fugiēdo qō natū eſſet inmediate delectari: pōt etiā delinquere voluntas ex impio aliquē habitū ī appetitu ſenſitiuo inclinantē appetitū ad ea que ſunt cōſona rōni recte vt dictum eſt in p̄cedentibus.

## Explicit liber primus ethicorum.

## Incipit liber ſecundus ethicorum.

### Ca. I

Duplici aūt virtute ⁊c. ¶ Poſtq̄ ariſ. determinauit de fine virtutis ſc3 de felicitate in primo libro: hic ꝓſequenter determinat d̄ his que ſunt ad finē ſc3 de virtutib⁹ Et primo determinat de virtutib⁹ in generali: deinde in ſpeciali. Quo ad primū determinat de virtutis generatione et corruptione et multiplici ei⁹ cōditione in hoc ſcd̄o libro. ¶ Circa qō dicit q̄ cū ſit duplex virtus ſc3 intellectualis ⁊ moralis. Intellectualis virt⁹ vt plurimum generat ⁊ auget ex doctrina ⁊ ideo indiget ex perimēto ⁊ tp̄e. Moralis aūt virtus fit ex cōſuetudine. vnde dicit moralis a more. i. ab actib⁹ cōſuetudinarijs licet etiā ex actib⁹ cōſuetudinarijs generēt vitia ſicut virtutes mos tñ ꝓprie ſumit in bonū ꝑ actib⁹ virtuoſis. vn̄ etiam

ipſe virtutes acquiſite ex huiuſmodi acti-
bus aliquando dicunt̃ mores. Mos eti
am aliquando ſumitur pro iure conſue-
tudinario quod obtinet vim ex actibus
conſuetudinarijs multitudinis hominū
¶ Notandum inſup̱ ꝙ experientia vno
modo ſumitur ꝓprie pro frequenti ac-
ceptione in multis ſingularibus ⁊ talis
experientia generatur ex multis memo-
rijs: vt cum homo recordat̃ ꝙ hec medi
cina contulit ſorti ⁊ platoni tali infirmi-
tate laborātibus ⁊ multis alijs inde ge-
neratur experimentum. Alio modo ex-
perimentum ſumitur large pro aliqua
ſenſibili apprehēſione. Experientia pri-
mo modo ſumpta in aliquibus actibus
et ſcientijs reperitur vt in phiſica ⁊ me-
dicina non tamē requiritur in omnibus
Unde in mathematicis non requirit̃ ta
lis experientia: ſed experientia ſcḋo mo
do ſumpta: ſine ipſa enī non poſſunt ter
mini cōcipi cum omnis noſtra cognitio
ortū habeat a ſenſu. Iuuat etiā vt citi⁹
aſſentiatur cōplexioni principiorum vel
cōcluſionum. Sic ⁊ ſepe doctores ꝓpo
nunt diſcipulis quedā ſenſibilia ſigna p̱
que exprimitur applicatio principiorū
ad cōcluſiōes. ⁊ ſic ex experimētis gene
rāt̃ ars vt diffuſe declaratum fuit primo
metaphiſice. ¶ Notandū vlteri⁹ ꝙ mos
⁊ experientia in hoc cōueniunt in vtro-
biꝗ eſt actuū frequentatio: ⁊ ſic aliquā-
do vnū ſumit̃ ꝓ reliquo Differūt tamē
q: mos eſt reſpectu operationū ꝓpriaꝝ
ex quibus virtutes generant̃ in opante
Experientia vero nō ſolum eſt in opera
tionibus ꝓprijs ſed etiam in alijs vt in
operibus nature: ex quorum cōſiderati-
one generant̃ ſcientie. ¶ Item notandū
circa eandē operationē poteſt cōcurrere
experimentū quo generat̃ ſcientia cum
vſu ⁊ cōſuetudine qua generat̃ virtus.
verbi gratia cum aliquis citbariſat au-
dit ⁊ pcipit ꝙ taliter mouēdo manū fa-
cit bonā coſonantiā aliter vero diſſonā-
tiam: ⁊ ex iſta auditiōe multotiēs facta
⁊ in memoria redacta fit experientia per
quā vltimo generatur ſcientia: ⁊ ſic ope
ratio citbariſandi in tali experimēto nō
eſt niſi obiectum. Ex tali autē operatio-
ne generat̃ per ſe aliqua abilitas in vir-
tute motiua p̱ quā manus eſt obediens
voluntati que large poteſt dici virt⁹ vt
dictū eſt caplo p̄cedenti: ⁊ ſic p₃ ꝙ cir
ca eandem operationem poteſt genera-
ri vnus habit⁹ in pte intellectiua ſm ꝙ
illa operatio eſt cognita: In virtute aūt
motiua ſm qḋ eſt exercitata ⁊ ſic poteſt
dici de virtute morali genita in volun-
tate ex frequēti electione: patet itaꝗ ex
p̄miſſis quō experimētum valet ad ge-
nerationem virtutis itellectualis: mos
vero ſeu cōſuetudo ad generationē mo-
ralis. ¶ Ex p̄dictis infert ariſto. ꝙ nul-
la moralis virt⁹ ineſt nobis a natura qḋ
patet duplici ratione. Primo ſic nihil
poteſt aſueſci ad oppoſitum ei⁹ qḋ ſibi ī
eſt a natura. vnde cū lapis naturaliter
ferat̃ deorſū quantūcūꝗ ſurſum ꝓicia
tur nullo modo aſſueſcit ſurſum moueri
ſed homo poteſt aſueſci ad oppoſitū vir
tutis puta ad vitiū: ergo virtus homini
nō ineſt a natura. ¶ Item arguit̃ ſic om
niū illoꝝ que inſunt nobis a natura pri
us ineſt nobis potentia ꝙ operatio: hoc
patet in ſenſibus. Nō enī ex hoc ꝙ mul
totiēs vidimus ⁊ audiuimus accepim⁹
ſenſum viſus ⁊ auditus: ſed ecōuerſo ex
hoc ꝙ habemus hos ſenſus vtimur eis
ſepius. Sed operando opera virtuoſa
accepim⁹ virtutes vt operando tēpata ⁊
fortia fiunt homines temperati ⁊ fortes
vnde ad hoc fert̃ intentio boni legiſlato
ris vt aſuefaciendo ciues ad opera vir-
tutum faciat eos bonos. Aliter autē fa-
cientes peccant in legiſlatione: ergo hu
iuſmodi virtutes non ſunt nobis a natu
ra nec tamen inſunt contra naturam. q:
licet anima a principio ſue creationis ſit
nuda virtutibus habet tamen aptitudi
nem naturalem ad virtutes ⁊ pficiunt̃
in nobis per conſuetudinem ex operib⁹
virtuoſis cauſatis ab anima tanꝗ a cau
ſa proxima. A deo vero vt a principali
cauſa. ¶ Circa quod notandum ꝙ licet
virtutes morales nō inſint nobis a na-

turā vt dictum est. Dicuntur tamen inesse homini ſm naturam qꝛ natura vniuſcuiuſqꝫ rei potiſſime ē forma ſꝫ quā ſpeciem ſortitur. Homo autem in ſpecie cōſtituit̄ per animā rationalem: ⁊ ideo illud qđ eſt ſm rationem ē ſm naturā hominis inquātum homo: ⁊ ſic virtutes dicuntur ineſſe homini ſm naturā inquātum in voluntate eſt quidam naturalis appetitus boni quod eſt ſm rationem. Econtra vero vitium eſt contra ordinē rationis ideo eſt ꝯtra naturam hominis inquantū homo ſm Auguſtinū de libero arbitrio. vnde in ratione hominis inſunt quedā principia naturaliter cognita tam ſcibilium ꝙ agendorum que ſūt quedā ſeminalia intellectualium virtutum ⁊ moralium. Sic nāqꝫ ponitur ſinderiſis eſſe quidam habitus principiorꝫ in intellectu quibus intellectus ex ratione terminorꝫ virtute ſui luminis naturalis acquieſcit per quā volūtas ſtimulat̄ ad bonū ⁊ remurmurat malo vt habet videri ſcđo ſententiarum. ❡ Deinde dicit ariſto. ꝙ ſicut virtutes ex bonis operibꝰ generant̄ ſic ex malis corrumpunt̄ ſicut ex bene citharizare fiunt bone citharizte ⁊ ex male citharizare fiunt mali: quare oportet ſtudium adhibere quales operationes faciat homo: quia ſm drūiam operationū conſequunt̄ habitus differētes ꝓpter quod nō parum differt ꝙ aliquis ſtatim a iuuētute aſueſcat bene vl̄ male operari quia ex aſuefactione bonorum operū efficitur virtuoſus: ⁊ ſic iuuenes exercitati in operibus bonis delectabilit̄ operantur in ſenectute. Aſſueti āt male agere vix ⁊ cū magͣ difficultate a vicijs abſtinent. ❡ Ad euidentiam predictorum notandum ꝙ vnum contrarium corrumpuntur per ſuum contrarium. Unde duplex eſt contrarietas quedam formalis ſicut ſe habent calor ⁊ frigus habitus vitioſus ⁊ habitus virtuoſus. Alia eſt contrarietas virtualis ſicut ſol virtualiter contrariatur oppoſito ſui effectus ſcꝫ frigiditati que opponitur calori cauſato a ſole. Sic operatio vitioſa virtualiter opponitur virtuti ꝙ formalit̄ opponitur habitui vitioſo qui eſt effectus operationis vitioſe. Quia igit̄ ex actibus vicioſis cauſantur habitus vitioſi hinc eſt ꝙ per ipſas corrumpuntur virtutes non tamen per vnum actum peccati corrumpitur habitus virtutis acquiſite ſicut nec per vnum actuꝫ generatur habitus vicioſus. Secus eſt de habitu caritatis a deo infuſe qui corrumpitur demeritorie per vnum actum peccati mortalis. Cum homo non ſimul poſſit eſſe dei amicus ⁊ inimicus. Efficitur namqꝫ homo dei amicus per gratiam et caritatem que ſunt idem realiter. Idem enim abſolutum dicitur gratia inquātum facit hominem gratum et acceptum. Sed dicitur caritas inquantum facit deum carum et dilectum homini ſm Scotum. xxvij. diſt. ſcđi ſententiarum. ❡ Eſt autem duplex gratia quedam gratum faciēs que eſt idem cū caritate ⁊ ſolis bonis cōuenit vt dictum eſt. Alia dicitur gratia gratis data que datur bonis ⁊ malis vt ſermo ſapientie vel gratia ſanitatum ⁊ ſic de alijs. Licet autem oīs gratia detur a deo gratis tū illa que nō facit hominē gratū deo retinet nomē cōe. Alia vero que addit aliquid ad ipam cum faciat hominē dignū vita eterna habꝫ nomē ſpeciale: ⁊ ſic dicitur gratia gratū faciens licet etiā bona naturalia ⁊ ſupnaturalia poſſint dici gratie cū a deo ſine meritis cōferant̄ dona tū ſupnaturalia ſibi nomē gratie ſpecialius vendicāt. ❡ Cōſequenter dicit ariſ. ꝙ ad hanc ſcientiam ptinet cōſiderare quales ſunt operationes ex quibus virtutes morales cauſāt̄: qđ ꝓbat̄ ſic qꝛ in omni ſciā practica neceſſe ē ꝯgnoſcere quales ſunt opatiōes p̄ q̄s pōt deueniri ad finē illiꝰ ſcie: ſꝫ hec ſciā ē practica cū ciꝰ finis ñ ſit ſcire ſꝫ opari: ſcrutamur nāqꝫ quid ſit virtꝰ nō vt ſciamꝰ ſꝫ vt boni efficiamur. Et ergo hic eſt inquirendū de operationibꝰ ex quibus virtutes ꝓducuntur: hoc autem eſt inquirendū non certitudinalit̄ vt dictum eſt in pre-

cedentibus ſed veriſimiliter ſeu exem- plariter: ſermones eñ ſunt expetēdi ſeu inquirendi ſm materiam ſubiectam.

¶ Dicit enim ariſtotiles ꝙ virtutes aut mediate generātur, ſeu augmētāt ſꝫ cor rumpunt ex ſuphabundātia ⁊ defectu. vnde opationes generatiue virtutis ſūt medie inter ſuperhabundātiam ⁊ defe ctū. Mõ declarat exemplariter ꝑ ea que accidunt circa corpus. Nā virtutes cor poris ſunt nobis manifeſtiores virtuti- bus anime. videmus enim ꝙ fortitudo corporis corrūpit ex ſuphabundantib⁹ gignaſijs ſeu exercitijs ⁊ ex eoꝝ defectu ꝑ nimiū eñ laborē debilitat virtus cor- poris et ex defectu exercicij membra ef- ficiunt inabilia ad laborandū. Similit etiam ſanitas corporis corrūpit ex habū dantia cibi ⁊ etiam ex eius defectu. Sꝫ ſi aliqs ſm debitā menſuram vtatur ci- bis et debitis exercitijs fiet in eo fortitu do corporalis ⁊ ſanitas augebit ⁊ cōſer uabit. Sic eſt in virtutib⁹ anime et in fortitudine ⁊ tꝑantia ⁊ in alijs virtuti- bus. Vile eñ qui omnia timet ⁊ fugit et nihil ſuſtinet terribilium efficietur timi dus ⁊ ſimiliter qui nihil timet ſꝫ ad om nia vadit intrepidus efficietur audax ⁊ ſic fortitudo eorum dicit a ſuphabundā tia et defectu et a mediate ſaluat et ſic de alijs virtutibus. ¶ Dicit etiam ꝙ ex virtutibus ſit genitis producūt ſimiles actiones ſicut enim ex aſſuetudine ſuſti nēdi terribilia efficimur fortes ſicut quā do facti ſumus fortes maxime poſſum⁹ talia ſuſtinere Similiter recedēdo a vo luptate efficimur tēperati ⁊ quando fa- cti ſumus tēpati ꝺ facili a voluptate ab ſtinemus. Utrum autem virtutes vel vi tia ſint ī nobis generate cognoſcere poſ ſumus per delectationem ex operatio- nibus conſequentem. Unde cum aliqs gaudet in hoc ꝙ recedit a voluptatibus corporibus ſignum eſt ꝙ in eo virtus ē temꝑantie: ſi in hoc triſtatur ſignum eſt ꝙ non eſt temꝑatus.

¶ Deinde probat ariſto. virtutem eſſe circa delectationem et triſtitias quia vi demus ꝙ propter concupiſcentiam et delectationem operamur mala: propter triſticiam aūt quā timemus in laborib⁹ boneſtis ⁊ virtuoſis recedimus ab ipſis ⁊ ideo oportet volentem fieri virtuoſuꝫ ſtatim a iuuentute aliqualiter manudu ci vt gaudeat ⁊ triſtetur ꝺ quibus opor tet: hec eñ eſt recta diſciplina iuuenum vt eis pro bonis operibus delectatio tri buatur ⁊ pro malis inferatur triſticia. Item omnis virt⁹ moralis eſt circa act⁹ vel paſſiones: ſed delectatio et triſticia ad omnes alias paſſiones cōſequit: er- go virtus moralis eſt circa delectatiōēs ⁊ triſticias. huiuſmodi eñ paſſiones ꝑ ⱴtutes habēt moderari vnde ſtoyci vir tutes dicūt eſſe quaſdā īpaſſibilitates ⁊ quietes quod nō eſt ſimpliciter verum vt verba videntur ſonare cum paſſiōēs aliquādo cadāt in hominib⁹ virtuoſis. Homines eñ virtuoſi triſtant de infor- tunijs ſuis ⁊ amicorum ⁊ letantur in ꝓ ſperitatibus ipſoruꝫ. Sed virtutes pñt dici quedā impaſſibilitates quia virtuo ſi in huiuſmodi paſſionib⁹ non ſuccūbūt ſed ab ipſis faciliter tollerantur: nec eñ nimium gaudent in proſperis nec in ad uerſis exceſſiue triſtāt. Uirtutes itaqꝫ non excludunt omnes paſſiones: ſed ſo- lum inordinatas que ſunt vt non opor- tet ⁊ quādo non oportet ⁊ ſic de alijs cir cumſtantijs. ¶ Circa predicta notandū ꝙ pronitas ſeu inclinatio ſeu concupi- ſcentia naturalis quā habemus ad pec- candum multa ſortitur nomina ſm the- ologos. Dicitur enim lex carnis vel mē broꝝ quia ipſis mēbris infligitur me rito peccati. Dicitur etiam tirannus qꝛ violenter dominatur in membris aliqui bus. Dicitur etiam fomes quia fouet et nutrit peccatū in anima mediāte carne. Item dicitur ſtimulus carnis quia car- nem ſtimulat ad peccatum. Dicitur eti- am libido a libēdo: omne eniꝫ quod ma le libet libido poteſt dici licet nāqꝫ libi- do ſpecialiter ſumatur pro peccato car- nis generaliter tamen ſumit pro omni appetitu deordinato. ¶ Itē arguit ariſ.

ꝙ ars ⁊ virtus ſunt circa difficile. ſed re
ſiſtere delectationibus eſt difficile: ſunt
eñi nobis cōtēporanee ſiue a pricipio vi
te vt patet in pucro q̄ ꝙcito lac degu-
ſtat delectat̄. vnde vt ait eraclit⁹ diffici-
lius ē pugnare ꝯtra voluptates ꝙ con-
tra irā ideo indigem⁹ virtutib⁹ que re-
leuant nos circa delectationes: ptz itaꝗ
eſſe virtutē circa delectationes ⁊ triſtiti
as. ¶ Mouet vlterius ariſ. vnū dubium
circa ṗdicta q2 dictū eſt ꝙ ex operari iu-
ſta fit aliquis iuſtus et ex opari tpata fit
aliquis tēperatus: ideo poteſt dubitari
quomodo aliq̄s poteſt opari iuſta vel tē
perata anteꝙ ſit iuſtus vel tēperatus q̄
eñi operat̄ tpata videt̄ eſſe temperatus
qḋ ſic ꝓbat nullus operat̄ gramaticalia
niſi ſit gramaticus: ḡ a ſimili null⁹ ope-
rat̄ temperata niſi ſit tēperat⁹. ¶ Dicen
dū ꝙ ad hoc rñdet ariſ. primo negādo il
lud: aliq̄s nō ⁊c. aliquis eñi bñ pōt ope
rari opa artis antequā habeat artem: vt
quis poteſt dicere aliꝗ orationē cōgru
am antequā habeat artem grāmatice: ⁊
hoc vel a caſu vel ad exemplar alioꝝ lo-
quētiū: Sic aliquis pōt opari tpata an
tequaꝫ habeat habitum temꝑantie: et
ſic de alijs virtutibus. ¶ Deinde dicit
ariſ. ꝙ nō eſt ſimile de artib⁹ ⁊ virtuti-
bus q2 opera que fiunt ſm artē habēt i
ſe bonitatē ⁊ nō requirūt bonitatē in fa-
ciente. Nō ſic de operibus virtutū in q̄
bus tria ſunt attendēda. Primo ꝙ ope
rās ſit ſciens ita ꝙ nō operet̄ ex ignorā
tia. Scḋo ꝙ operet̄ ex electione ꝓpter
bonitatē opis virtuoſi nō ꝓpter lucrum
timorem aut pbanā gloriam. Tertio ꝙ
operet̄ cōſtāter ⁊ īmobiliter ita ꝙ ſit pa
ratus operari cū fuerit oportunum. Hec
aūt nō requirunt̄ ad opa artis ita eñi po
teſt fieri bona domus intentione mala ſi
cut bona: vnde ad opus artiſ ſufficit pri-
mū ſcꝫ ꝙ operās ſit ſciēs qḋ tamē parū
ꝓdeſt ad opus virtutis. quod ē intelli-
gendum in operatione alioꝝ modoꝝ ⁊
de ſcire in vniuerſali cuiuſmodi eſt in
habentibus habitum ſcientie moralis.
Scire tamē in ꝑticulari multū cōfert ſi-
cut eſt in habentibus habitū prudentie
generatū in intellectu ex frequenter di-
ctaminibus ſicut ī volūtate generat̄ vir-
tus moralis ex frequētibus electionib⁹
Eſt autē dictare determinate apprēhēde-
re quid eligēdū. Ille ergo qui nō habet
habitum iuſticie vel tpantie poteſt ope
rari iuſta vel tēperata dum tamē opera-
tiones ei⁹ ſint tales quales ſunt ille q̄s
operat̄ iuſtus vel temperatus ſm tripli
cem modum ṗdictum. ¶ Conſequēter
increpat phs illos qui exiſtimant ſe effi
ci virtuoſos ſolū ḋ ꝟtutib⁹ ratiocinādo
tales eñi ſunt ſimiles laborantib⁹ ſeu in
firmis ṗcepta medicorū audientib⁹ ⁊ ni
hil de ipis facientib⁹. vnde ſicut iſti nō
poſſunt bene diſponi corporalit̄ ſic nec
alij ſpiritualiter. ¶ Ex ṗdictis patet ꝙ
habitus virtutū moraliū generant̄ ex fre
quentibus operationib⁹ ſic ⁊ habit⁹ vir
tutū intellectualiū generant̄ ex frequen
tib⁹ cōſiderationib⁹. Licet aūt habitus
alicui⁹ cōclusionis poſſet generari in in
tellectu poſſibili ex vnica cōſideratione
vt in mathematicis in quibus nō requi
rit̄ experientia ꝓlixi tēporis. rōne tamē
virtū ſenſitiuarū interiorū que cōcurrūt
cū virtute intellectiua neceſſariū eſt eaſ-
dē conſiderationes pluries reiterari vt
aliud firmiter memorie īprimat̄. ſm nā
ꝗ ſco. di. iij. primi ſentētiaꝝ ſpecies nō
ita conſeruant̄ in potētijs ſenſitiuis in-
terioꝛib⁹ ſicut in intellectu poſſibili a q̄
ſpecies intelligibiles nō vident̄ deleri
ſicut ſenſibilis. Nā ſpecies ſenſibilis ita
eſt in organo qḋ poteſt deleri per cōtra-
rium ſic patet ꝑ phm in libro de memo-
ria ⁊ reminiſcentia. vbi dicit ꝙ ſenes et
pueri iuuenes ſunt male remiſcitiui ꝓ-
pter habundantiā humorū. nō ſic delet̄
ſpecies intelligibilis. Hinc eſt ꝙ intelle
ctus dicit̄ locus ſpecierū tertio de aīa in
quātū habet huiuſmodi ſpecies ꝯſerua-
re: ſicut locus habet ſaluare locatū. vn-
de dicit idē. 45. di. quarti ſniaꝝ ꝙ ariſ.
non diceret bene aīaṁ male memoratiuā
q2 intellect⁹ eius bene vel male conſer-
uat ſpeciem alicui⁹ prius intellecti. ſed

quia ei⁹ memoria ſenſitiua que ꝯcurrit cū intellectiua ad recordationē intellectiuā ſicut fantaſma ad intellectionē eſt bene vel male retentiua ꝓpter diuerſitatem organi.

## Ca.II

**Eſt hoc autem ⁊c.**

¶ Poſtq̄ ariſ. inueſtigauit de virtutis generatiōe ⁊ corruptione: hic cōſequēter inquirit de ei⁹ diffinitiōe. Et primo quid ſit gen⁹ virtutis. Circa qd̄ dicit ꝙ ī anima ſunt tria ſcʒ paſſiones: potētie: ⁊ habitus: quoꝝ alterum neceſſe eſt eſſe virtutē: quid aūt ſint paſſiones declarat exemplificādo in multis paſſionib⁹ cuiuſmodi ſunt cōcupiſcētia: ira: timor. audatia: īuidia: zelus: miſericordia: ⁊ ſic de alijs. Potētie vero ſunt ſm quas poſſumus pati paſſiones huiuſmodi puta potētia cōcupiſcibilis ſm quā poſſum⁹ cōcupiſcere. Potentia aūt iraſcibilis ſm quā poſſum⁹ iraſci. Habit⁹ vero dicunt illa ſm que nos habem⁹ ad paſſiōes bene vł male: ſicut ſm aliquē habitū habem⁹ nos ad iraſci male ſi hoc fiat ſm ſuperhabundantiā vel defectum: bene vero ſi hoc fiat medio modo ¶ Obmiſſis paſſionib⁹ naturalib⁹ q̄ ſcʒ nō apꝑhenſionē ꝑſupponūt ſenſus vel ītellect⁹ cuiuſmodi ſunt paſſiones vegitatiue ꝑtis q̄ fuit excluſa a ꝓpoſito in prīo libro. De paſſionibus animalibus que videlʒ ſequūtur apꝑhenſionem ſenſus vel intellect⁹ eſt ꝑſcrutandum.

¶ Circa quod notandū ꝙ paſſio in ꝓpoſito eſt mot⁹ nō ſpontane⁹ in appetitu ꝓueniēs ex apꝑhēſione boni vel mali. Dicunt aūt paſſiones aīe affectiones inquātū ſunt īclinatiōes quedā ad actū interiorē vel exteriorē: vnde affectio dicit quaſi ad factio. i. ad actū inclinatio. Dicunt etiā affectiones qꝛ ſunt in vi affectiua. Licet aūt reperiant paſſiones ⁊ in appetitu ſenſitiuo ⁊ intellectiuo maxime tamē ponunt in appetitu ſenſitiuo Nō ſolū ſequele opationē virtutis apꝑheuſiue dicunt paſſiones: ſed etiā actus eliciti ab ipo appetitu ſenſitiuo inquātū habent trāſmutationē corporalē annexā ꝙ maxime iuxta cor: ⁊ qꝛ hmōi appetitus nō ducit: ſed ducit. i. nō domiatur ſue opationi: ſed determinat ⁊ inclinat ab obiecto ad ſuā opationē: nō ſic in voluntate que eſt libera: ⁊ ideo nō neceſſitat ſimpliciter qꝛ poteſt nolle vel velle Neceſſitat tamē neceſſitate pn̄e quia ſi nolit qd̄ euenit triſtat ⁊ ſic patit. ¶ Notandū vlterius ſm cōem opinionem in vi cōcupiſcibili ponunt ſex paſſiōes et iraſcibili quiq̄ ad quas omnes alie poſſunt reduci. In cōcupiſcibili nāq̄ ponūtur amor ⁊ odium: deſideriū: fuga: gaudium: ⁊ triſticia. Obiectū eni cōcupiſcibilis ponit bonum delectabile ſeu cōueniens aut malum triſtabile ſeu diſcōueniens ſimpliciter ſumptis. Ab obiecto ergo cōuenienti apꝑhenſo cauſat in appetitu amor: ſeu quedā cōplacentia ipſius obiecti ad quā paſſionē ſequit deſideriū vel cōcupiſcentia obiecti nō habiti. In appetitu tamē ſenſitiuo magis ꝓpe dicit motus ille cōcupiſcētia ⁊ in appetitu intellectiuo dicit deſideriū: habito āt ipſo obiecto cōſequit paſſio delectatiōis vel gaudij que eſt quedā quies in ipſo obiecto. Delectatio tamē magis ꝓprie dicit in appetitu ſenſitiuo: gaudiū autē ī intellectiuo. ¶ Malū aūt diſcōueniens ſeu triſtabile apꝑhenſum cauſat paſſionem odij que eſt quedā diſplicentia vel abhominatio ipſius ad quā paſſionē ſequit fuga vel recuſatio ipſius. Ipſum āt malum habitū ſeu incurſum cauſat paſſionem doloris vel triſticie. Et licet dolor ⁊ triſticia ſepe ſumant ꝓ eodē: dolor tamen ꝓprie ponitur in appetitu ſenſitiuo: triſticia vero in intellectiuo. Eſt autem triſticia de his que nobis nolentibus accidūt. Conſequit gaudium ⁊ triſticia ſm ariſ. in hoc ſcd̄o non ſolū paſſiones cōcupiſcibilis ſed etiā iraſcibilis ipſaſq̄ termināt ⁊ finiunt vt gaudium ſequit audaciā poſt cōſecutionē victorie ⁊ irā poſt ꝓſecutionē vindicte. ¶ In vi

vero iraſcibili ponūt paſſiões ſcʒ ſpes
⁊ deſperatio: timor: audatia: ⁊ ira. Ob-
iectū nāq; iraſcibilis ponit̄ bonū vl' ma
lū nō ſimpl'r ſʒ arduū ſeu de difficili atti
gibile vel ſupabile. Ipm itaq; bonū ar-
duū apphēſum vt poſſibile adipiſci cau
ſat paſſionē ſpei q̄ dicit quēdā conatum
ſeu eleuationē animi ad ipm ꝯſequēdū:
⁊ ſic facit appetitum aſſurgere ad hmōi
bonū obtinēdū. Apphēſum vero vt im
poſſibile adipiſci cauſat paſſionē deſpa
tionis faciendo appetitū cadere ꝓpter
exceſſum ſue arduitatis ⁊ difficultatis.
Malū aūt arduū vt apphenſū poſſibile
ſuperari imprimit audaciā p quā appeti
tꝰ ſurgit ad hmōi malū repellendū: ipm
vero malū apphenſū vt īpoſſibile ſupe-
rari imprimit paſſionē timoris que ē que-
dā reſilitio a malo arduo. Ira aūt eſt ap
petitus vindicte. Sco. Dō 34. tertij ſen
tēciarū ſic diſtinguit vim iraſcibilē ⁊ cō-
cupiſcibilē. Concupiſcibilis eīn̄ reſpicit
illud qđ ē pmo appetibile vel fugibile
qđ ſcʒ natū ē ex ſe eē cōueniens vel di-
ſcōueniēs ita q̄ nullo alio poſito circa ip-
ſum ſola facta apphēſiōe natꝰ ē ſeq̄ actꝰ
delectandi vel triſtādi fugiēdi vel ꝓſe-
q̄ndi quātū ē ex pte eiꝰ. Talia nō reſpi
cit iraſcibilis pro obiectis. Eſt eīn̄ circa
appetibilia vel fugibilia q̄ſi ſecūdario ⁊
quaſi propter prima. Actus nam q; iraſ-
cibilis eſt iraſci.

¶ Iraſci autem ſm phm ſecundo retho
rice eſt appetere vindictā. Obiectū igit̄
eiꝰ eſt vindicabile vel offendens. Iſtud
offendēs nō dicit̄ qđ ſtatim eſt diſcōue-
niens cōcupiſcibili: ſed qđ impedit illđ
quod eſt primo cōueniens: puta ſi cibus
eſt primo cōueniens appetitui guſtatiuo
animalis: ⁊ ideo primo cōcupiſcit̄ ꝓhi-
bens cibū vel remouens offendit aīal
cōcupiſcens licet offendēs eſt obiectū
iraſcibilis circa qđ iraſcibilis habet qđ-
dā nolle non quidē ꝓprie refugientis ſi
cut cōcupiſcibilis nolens refugit ſʒ ma-
gis repellentis: ſi autē nō actu repellat
eſt dolor vel triſticia ipius iraſcibilis.
Non ſunt aūt idē dolor iraſcibilis ⁊ cō-
cupiſcibilis. Dolor eīn̄ concupiſcibilis
fit cum alia immutatione ex parte orga-
ni in parte ſenſitiua q̄ iraſcibilis. Con
cupiſcibilis quidē cū reſtrictiōe ſicut de
lectatio oppoſita ē cū dilatatiōe. Dolor
autē iraſcibilis cum calefactione qui eſt
accenſus ſanguinis circa cor. Et ex hoc
patet q̄ iraſcibile et concupiſcibile in p
te ſenſitiua habent diuerſa organa.

¶ Poſſunt etiam poni iraſcibilis ⁊ cō-
cupiſcibilis in rationali parte ſcʒ in vo
luntate non tamen eſt tanta diſtinctio il
lorum in voluntate ſicut in appetitu ſen
ſitiuo quia voluntas non eſt potētia or
ganica: ſed ſicut ratio diſtinguitur ī por
tionem ſuperiorem et inferiorem per cō
parationem ad diuerſa obiecta ⁊ tamē
ſimpliciter eſt eadem potentia: ſic eadē
potentia eſt operatiua circa primo ⁊ ſe-
cūdo delectabilia ⁊ triſtia. Dr igit̄ q̄ nō
ē ibi diſtinctio niſi ex parte obiectorū in
que tendit voluntati eſt aliud primo de
lectabile puta bonum vel quod eſt ei cō
ueniens ſm ſe vel quod eſt ei cōueniēs
ſm appetitū ſenſitiuum cui coniungit̄
in eodem ſuppoſito. Poteſt etiā volun
tas habere obiectum offendens et ſm
rationem rectam ⁊ contra rationem re-
ctam ei reſpicere illud actu repulſiuo ⁊
imperatiuo.

¶ Notandum inſuper circa premiſſa q̄
ad paſſiones prius poſitas reducuntur
omnes alie paſſiones appetitus ſenſiti
ui vel intellectiui puta inuidia: zelus:
miſericordia: que hic enumerant̄ a phi-
loſopho continentur ſub triſticia: cuius
ſex ſpecies aſſignantur ſcʒ achos: acci-
dia: nemeſ: inuidia: zelus: ⁊ miſericor
dia: Eſt autem achos ſeu anguſtia tri-
ſticia proueniens ex apprehenſione pro
prij infortunij. Et dicitur ab a quod eſt
ſine ⁊ chos quod eſt vox quaſi ſine voce.
Accidia vero eſt triſticia proueniens ex
apprehēſione proprij laboris: importat
nāq; tedium quoddam operandi. Ne-
meſ autem eſt triſticia de bonis illorū
qui ſunt indigni. Inuidia vero eſt tri-
ſticia de bonis alterius quod eſtimatur

vt malum proprium quantum eſt dimi-
nutiuum ꝓpe glorie vel excellētie. Si
aūt quis triſtetur de bono alterius inquā-
tum ex eo ſibi iminent pericl'm alicuius
nocumenti vt de exaltatōe inimici timēſ
ab eo ledi: talis triſtitia non eſt inuidia
ſed timoris effectus ſm Ariſtot. ſecūdo
rethorice. zelus licet poſſet ſumi plurib⁹
modis ſicut emulatio que vno mō ſumiſ
pro inflatōne vel indignatōne. Alio mō
p ardore amoris in bonum vel in malū.
Tertio modo p inuidia. Quarto mō p
imitatōe. Verſus. Emulor inflat: amat
inuidet et imitatur. Proprie tamē zelus
ſm phm ſecūdō retho. eſt triſtitia de bo-
no alterius: non ex eo q ipſe habet bonū
ſed q nobis deeſt bonū qd ipſe habet.
Minima aūt eſt triſticia de alteri⁹ nuſia
Similiter poſſent alie paſſiones reduci
ad predictas de quo alias videbitur.

¶ Probat vlterius. p. q virtutes ⁊ ma-
licie nō ſūt paſſiōes: q ſm virtutes dici-
mur boni ⁊ ſm malicias oppoſitas dici-
mur mali: ſed ſm paſſiones nō dicimur
nec boni nec mali: ergo paſſiones nec ſūt
virtutes nec malicie. Item ſm virtutes
laudamur: ſm malicias vero vitupera-
mur oppoſitas: ſed ſm paſſiōes nec lau-
damur nec vitupamur: ergo virtutes et
malicie non ſūt paſſiones. ¶ Pro q̄ no-
tandum q paſſiones abſolute ſumpte nō
ſūt laudabiles nec vituperabiles ſz ī or-
dine ad rationem. Non enī aliqs laudat
vel vitupatur ex hoc q abſolute timet 
iraſcitur: ſz q ſm rōem iraſcitur laudaſ
ſi vero pter rōem vitupatur. Sic inuidia
inquantū eſt paſſio vl' pena non ē pecca-
tum ſm alex. in ſecūdo ſen. ſed rōne act⁹
culpabilis adiuncti q̄ ē velle bonū alte-
rius diminui vel auferri. vñ penes hūc
actū q̄ eſt volūtarius determiaſ eſſe pec-
catū. Eſt aūt peccatū mortale cū oppona-
tur charitati que ē vita anime quādo eſt
plenus conſenſus volūtatis: ⁊ hoc ī ad-
ultis: non aūt in pueris q̄ nō habent vſū
rationis. In adultis eſt etiā tm̄ veniale
peccatum ī primo motu: vt quādo aliqs
moueſ ex quadā ſurreptōe ad dolendū
de aliquo bono alterius. ¶ De inuidia
autē quinq naſcūtur filie ſm gre. 31. mo-
raliū. ſ. odium. ſuſurratio. detractō. exal-
tatio in aduerſis ꝓximi. et afflixio in ꝓ-
ſperis: que ſic diſtinguūſ ab alex. Om-
nis enī inuidia aut eſt in affectu aut ī ſer-
mone: aut in opere. Si in affectu: ſic eſt
odiū. Odire enī ꝓximum ē affectare ei⁹
malū. ⁊ hoc dupliciſ: q ſi ſit affectō ma-
li pene ꝓpter vindictā habendā: ſic odiū
ptinet ad iram. Eſt enī ira inueterata.
Si aūt ſit affectio mali damni: ſic ptinet
ad inuidiā. q enī inuidus de bono ꝓxi
triſtatur ad hanc triſticiā tollēdā moueſ
ad deſiderandū q ꝓxim⁹ careat illo bo-
no. Si aūt ſit inuidia in ſermone occulto
bonū ꝓximi diminuēdo aut eius famam
denigrando: et ſic ē ſuſurratio. aut in ſer-
mone publico: ⁊ ſic eſt detractio. Si aūt
ſit in opere aut erit reſpectu aduerſitatis
proximi quā p curat: ⁊ ſic eſt exultatō in
aduerſis ꝓximi: aut ē reſpectu proſperi-
tatis: ⁊ ſic eſt afflictio in ꝓſperis: qñ vez
pſpa proueniūt proximo cōtra conatum
inuidantis ea impedire intentis. Li-
cet aūt inuidia oriatur ex inani gloria ſm
hoc nō obſtāte poniſ vnū de vitijs capi-
talibus. Nō enī contra rationē vitij ca-
pitalis q ipm ex alio oriatur ſed q non
habeat aliquam principalē rōem ꝓducē-
di ex ſe multa genera peccatoꝝ. Ipa eti-
am vitia capitalia videtur eſſe leuiora q̄
alia q̄ ex eis oriūtur. Vñ gre. 31. mo. pri-
mo vitia decepte mēti quaſi ſub quadā
ratōne ſe ingerunt ſz q̄ conſequūtur duz
mentem ad omnē inſaniā ptrahunt q̄ſi
beſtiali clamore mentē cōfūdūt. Pecca-
ta enī capitalia ſunt peccādi occaſiones.
ſm Sco. 6. di. 2. ſen.

¶ Inſup probat
ariſt. alia rōne virtutes nō eſſe paſſiones
q virtutes ſūt electiōes vel non ſine ele-
ctione ſed paſſiones adueniūt nobis ſi-
ne electōne: vt aliqñ moueſ ad iram vel
timorē nō ſpōte ergo vtutes nō ſūt paſ-
ſiones. ¶ Deinde ꝓbat q virtutes non
ſunt potentie: q ſm potentias non dici-
mur boni vel mali. Non enī dicitur ali-
qs bonus q pt facere bonum: ſed ſm vir-

tutes dicimur boni: ergo virtutes nō ſūt potētie. Itē q2 potētie inſūt nobis a natura non aūt virtutes: vt dcm̄ ē in ꝑcedē tibus. Cū igiť virtus moraľ nō ſit paſſiō nec potētia relinq̄tur ꝙ ē habitus ſcḋm ꝑcedētē dīonem. Patet itaqꝫ q̄d ſit ꝓxi gen⁹ virtutis: virtus enī ē habitus. Inſuꝑ inquirit de differētijs virtutū. Circa quod ꝑmo dicit ꝙ virtus ꝑficit habētē ⁊ op⁹ ei⁹ bonū reddit ſicut virtus equi facit equū bonū et facit eū bn̄ operari vt velociter currere ⁊ ſuauiť ferre: ſic virt⁹ moralis facit hoīem bonū et facit ipſum ꝓmpte et delectabiliter oꝑari bona. Ex hoc pt colligi ꝑma drn̄tia ꝟtutis vcꝫ ꝙ ꝟtus ē habitus electiuus. Bonitas em̄ humane oꝑatōis cōſiſtit in elcōne volū tatis. formaliter igiť illa eſt habitus electiuus q̄ opus hoīs bonū reddit. ¶ Inueſtigat cōſequēter ariſto. aliā drn̄tiam ꝟtutis q̄no virtus conſiſtit inmediate. Ad cuius euidētiā ꝑmittit ꝙ in quolibꝫ diuiſibili ē reꝑire plus ⁊ min⁹ ⁊ equale. Equale aūt ē mediū inter plus ⁊ minus ſiue inter habūdātiā ⁊ defectū. Huiuſmodi enī mediū ē duplex: ſcꝫ ſcḋm rem ⁊ quo ad nos. Mediū ſcḋm rē ē ꝙ equaliť diſtat ab vtroqꝫ extremoꝝ: ⁊ tale ſumiť ſcḋm ꝓportionē ariſmetricā q̄ attēdiť ſcḋm exceſſus ydētitatē: ſicut. 6. me^m^ inť. x. et duo vtrobiqꝫ enī eſt idētitas exceſſus. Me^m^ q̄ ad nos attēdiť ſcḋm determiatōem recte ratōis: nō aūt attēdiť ſcḋm idētitatē exceſſus: ⁊ iō nō ē aſſumēdū ſcḋm eq̄ diſtantiā ab extremis. Non enī ſi comedē decem mēſuras ē multū ⁊ comedere duas mēſuras ē paucū. Dꝫ ꝓpter hoc magiſter qui ordinat de cibo alicuius ꝑcipe ꝙ cōedat 6. q2 hoc ē multū in comꝑatōe ad vnū et paucū in cōꝑatōne quo ad aliū. ecē ei paucū in cōꝑatōe ad milonē de quo narrat ſolinus ꝙ cōedebat vnū bouem ī die ſed hoc eēt multū illi q̄ habet vincere in aliquo exercitio corꝑali vel ſpūali.

¶ His ꝑmiſſis ꝓbat ariſto. ꝙ virtus eſt cōiecturatrix medij ſiue cōſiſtit in medio intelligēdo nō de medio rei ſꝫ de medio quo ad nos. probať: q2 ars ē cōiecturatrix medij: ergo et ꝟtus moralis. patet cōſequētia ꝑ locū a maiori: q2 ꝟtus moralis eſt certior et melior arte ſiue natura cui⁹ eſt ꝑfectio. ꝓbať aūs: q2 cū aliq̄s artifex facit aliq̄d opus attendit ꝙ ſic faciat ꝙ nihil oꝑteat addere vel diminuere quod eſt tenere mediū. Sic itaqꝫ virtus moralis ē cōiecturatrix medij: cōſiſtit enī circa paſſiōes et oꝑatōes in quibus inuenitur ſuꝑhabūdātia mediū ⁊ defect⁹: ⁊ cōtigit timere ⁊ audere delectari ⁊ triſtari magis et minus q̄ oꝑtet quoꝝ vtrūqꝫ n̄ bn̄ ſit. Sed ſi hec accidāt q̄n oꝑtet ⁊ cuius grā oꝑtet ⁊ q̄no ⁊ ad quos homīes oꝑtet ⁊ in q̄bus rebus oꝑtet tūc erit mediū in paſſionibus: ⁊ ſic ibi erit ꝟtus. ſuꝑhabūdātia nanqꝫ ē vitioſa et defectus vituꝑabilis vel culpabilis. Ad virtutē aūt q̄ mediū reſpicit et oꝑať ꝑtinēt laus q̄ opponiť vituꝑio ⁊ rectitudo q̄ opponitur ꝑuerſitati vitioſe. Cū peccatū formaliter ſcḋm Sco. ſcḋi ſen. diſt. 35. ſo. d. ē ꝑuatio ſeu carentia rectitudinis ī actu ſecūda q̄ deberet ineſſe. Materiale vero ī pctō ē actus poſitiuus ſubſtratus reſpectu cuius volūtas ē cauſa efficiens ſed reſpectu formalis in pctō ē cā deficiēs q2 n̄ dat debitā rectitudinē actui cōformādo ſe regule ſuꝑiori cui deberet ſe cōformare. ¶ Eſt aūt duplex peccatū ſcꝫ mortale ⁊ veniale. Peccatū mortale ſcḋm auguſtinū ꝯ fauſtū eſt dcm̄ factū vel cōcupitum cōtra legē dei. Dcm̄ factū vel cōcupitū poniť ꝓ materiali: ſed cōtra legē dei poniť ꝓ formali. hui⁹ pctī pena ē mors eterna. Pctm̄ aūt veniale nō ē directe ꝯ legē dī: ſit enī cū hō nō ſruit dō meliori mō q̄ pt: vt faciēdo aliq̄ relictatia ab vltimo fine. Trāſeūte aūt actu pctī remanet reatus ſeu obligatō q̄ dr̄ offenſa reſpectu dī vindicare volētis. macula aūt reſpcū aīe deformate. culpa ꝟo ꝑ cōꝑatōem ad volūtatē q̄ culpabiľ reddiť nō ſe ꝯformādo recte rōi. Pctm̄ aūt dr̄ vitiū ꝓpť carētiā ꝟtutiſ q̄ ē ꝑfectō ꝯueniēs nate humane. de q̄ aug. ꝫ li. ar. q̄d ꝑfectiōi nate deeſſe ꝯꝑꝑerit id voca vitiū. Q etiā ꝟt⁹ ꝯſiſtat in medio ꝓbat ariſ. rōe: q2 illi⁹ ē ꝟt⁹ mo

ralis cōiecturatrix q̄ difficulter attingit cū virtus sit circa difficile: sȝ tenere medium ē difficile: ḡ virtus moralis cōiecturatrix ē medij. Minor ꝓbat: q: mediū nō pt attingi nisi p vnā viā: sȝ aliqs pt recedere a medio p multas vias: sicut difficile ē sagittāti attingere signū facile vo diuertere a signo: sic difficile ē recte agere: facile vo peccare. Vn̄ fm pictagoricos pctm̄ dr ptinere ad infinitū: bonum aūt ad finitū. p qd intelligit q̄ recte agere cōuenit solū vno mō. vicȝ oēs circūstātias obſuādo: sȝ male agere ꝯtīgit mltis mōis. Cōmittit eni peccatū oēs circūstātias obmittēdo vel vnā duas vl plures. ¶ Ex pdictis infert arist. diffi virtutis dicens q̄ virtus ē habitus electiuꝰ inmediate cōsistēs q̄ ad nos determinata rōne et vt vtiqȝ sapiēs determinabit. Est namqȝ virtus medietas duarū maliciarū q̄ hȝ inuenire mediū p rōnem ⁊ eligere ip voluntatē: ⁊ sic ꝯsistit imediate per ꝯformitatē ad determinatōem rōis: q: n̄ ꝯtingit rōȝ eē rectā aut erroneā: ⁊ electō recta p̄supponit rectā rōem. Ponit i diffinitōe vtutis vt vtiqȝ sap. i. prudēs determinabit scȝ mediāte habitu prudētie inclināte intellectū ad recte agendum. licet aūt virtꝰ sit medietas q̄dā circa duas malicias q̄ntum ad substam actus debite circūstātōnati vt dcm̄ ē: tn̄ vtus q̄ntū ad bonitatē attributā actui hȝ rōnem extremi respectu cuiuslibet extremitatis viciose cū bonū ⁊ malū opponantur.

¶ Cōseqnt arist. remouet q̄ddā dubium: Aliqs em̄ posset dubitare Vtrū cuiuslibȝ passiōis ⁊ opatōis eēt mediū? Ad qd respōdet q̄ nō. Vn̄ dicit q̄ q̄dā sūt q̄ statiȝ nomiata cōuoluta sūt malo: q: scȝ in suo nomie implicāt maliciā. Et ponit exemplū i passiōibꝰ vt gaudiū i malo ⁊ inuidia In opatōibꝰ vo adulteriū furtū homicidiū. Omnia em̄ hec ⁊ silia fm se mala sūt ⁊ nō solū eoꝝ suphabūdātie ⁊ defectus. Vn̄ circa hec nō cōtingit aliqnē recte se hr̄e q̄litercūqȝ opet sȝ sp hec faciēs peccat. Nā bonitas ⁊ malicia i talibꝰ nō attēdit fm aliqs circūstātias sȝ qualitercūqȝ

aliqd hoꝝ fiat pctm̄ ē. hoc itelligēdū ē si a volūtate ꝓcedāt. Opatō em̄ nō ē bōa vel mala moralr nisi sit volūtaria. vnō a volūtate ē pmo rō bonitatis moralis fm Sco. circa finē secūdi sentē. Actꝰ em̄ voluntatis dr moralis q: libere elicitꝰ a volūtate: ⁊ hoc est cōmune actui boᵒ ⁊ malo. nec em̄ ē laudabilis nec vitupabilis: nisi sit a volūtate. Ꝓ: esupposita aūt hec bonitate ⁊ bonitate entitatiua seu naturali q̄ cōpetit cuilibet enti inq̄ntum ens est triplex bonitas moralis fm eūdem. 7 di. secūdi sen. scȝ bonitas ex genere: bonitas vtuosa siue circūstātia ⁊ bonitas meritoria seu gratuita. Prima bonitas scȝ ex gn̄e cōpetit volitōi ex hoc q̄ trāsit sup obcm cōueniēs actui tali fm dictamen recte rōis ⁊ nō solū q: ꝯueniēs actui naturaliter sicut sol ꝯuenit visiōi: ⁊ ī t dici ex gn̄e q: ē q̄si morale respectu omis boni vlterioris in gn̄e moris: tal' nāqȝ actꝰ est potētialis seu formabilis p q̄ncūqȝ aliam circūstātiā moralē. Secūda bonitas ꝯuenit volitioni ex eo q̄ ipa elicit a volūtate cū omibꝰ circūstātijs dictatis a recta rōe debere sibi cōpetere bonū est enī ex cā integra fm Dyon. de diuīs noibꝰ ⁊ illud ē q̄si bonū i spē moris: q: iā omēs drn̄tias morales ꝯtrahēs ex gn̄e. Tertia bonitas ꝯuenit volitōi ex se q̄ p̄supposita bonitate p̄dicta elicit ꝯformit' pncipio merēdi qd ē gr̄a vel charitas. exēplū pmi: velle dare elemosynā. exᵐ scdi: dare elemosynā paupi de bono ppo vbi ⁊ qn̄ optet ꝓpt' amorē di. exēplū tertij si hoc fit nō tm̄ ex inclinatōe nāli sicut pōt facere pctōr ⁊ nō penitēs ex pietate nāli sȝ mediāte habitu charitatis vel gr̄e. Huic triplici bonitati oppōit triplex malicia. Pria q̄dē ē malicia ex gn̄e qn̄ vicȝ actꝰ trāsit sup obm discōueniēs recte dictami rōis: puta si odire trāsit sup deum Seda malitia ē ex aliq̄ circūstātia deordināte actū lȝ trāseat sup obm ꝯueniens fm rōeȝ actui. Tertia ē malicia q̄ est demeritoria p̄uatiue ex carētia caritatis l' gr̄e

Sibꝰ aūt Capi. III.

Postq̄ arist. iuestigauit vtutis

diſoem: ħ ꝯñt agit ꝺ eiꝰ oppõne ⁊ quõ hõ pt fieri v̄tuoſꝰ. Circa qꝺ pmo dicit ꝙ tribus diſpõibꝰ exñtibꝰ. ſ. duabꝰ malicijs: qꝝ vna ē ſm ſuphabūdātiā ⁊ alt'a ſm defcm ⁊ v̄tute q̄ īmediate cõſiſtit oēs oibꝰ aliq̄lr oppoūt. Non eñ extrē pla vitõſa opponāt ꝯrie adīuicē pȝ cū marꝰ a ſe diſtēt. Q̄ āt hitꝰ v̄tutis oppõat extrēis hītibꝰ vitõſ ,pbat Sicut ei eq̄le qꝺ ē mediū inter magnū ⁊ puū ī cõpatõe ad magnū eſt puū et ī cõpatõe ad puū ē magnū: ita medij habit' tā ī opatõibꝰ q̄ ī paſſiõibus cõpati ad ſuphabūdātias ſe hñt vt deficiētes: cõpati vō ad effectꝰ ſe hñt vt ſuphabūdātes ſicut fortis cõpat' ad timiduȝ vr̄ eē audax: cõpatꝰ vō ad audacē vr̄ eē timidꝰ Sic ē ꝺ libali cõpato ad ,pdigum ⁊ auaꝝ: ⁊ iō vtꝙ extrēitatē tenēs exiſtimat mediū q̄ſi ſibi oppoſiꝰ ,ppt qꝺ tunc dus fortē appellat audacē quē audax timidū eē dicit. ¶ Arguit ꝙ tm̄ vnuȝ vni opponit ex. x. metaphiſ. Rꝰ ꝙ eidē non opponūt pla ſm idem ſȝ bñ ſm diuerſa.

¶ Deinde dicit ariſ ꝙ maior ē ꝯrietas vitioꝝ extrēoꝝ adīuicē q̄ medij ad extrēa cū ipoꝝ ſit diſtātia maior puta medij cū extrēis ē aliq̄ ſilitudo ſicut fortꝭ ad audacē ⁊ libalꝭ ad ,pdigū: ſȝ extrēoꝝ ad inuicē plima ē diſſilitudo. eſt aūt ītelligēdū de ipis habitibꝰ q̄ntū ad ſubam coꝝ ꝯſideratꝭ q̄ ſt̄ diſpõs ad bñ ⁊ male agēduȝ: vt pȝ ex p̄cedeñ. Si vō ꝯſiderent v̄tꝰ ⁊ extrema vitioſa q̄ntū ad rõeȝ bõitatꝭ attributā virtuti et rationem malicie attributam vitijs: ſic maior ē oppõ v̄tutꝭ ad extrema q̄ extremoꝝ adīuicē cū ipa extrema ꝯueniāt ī rõe malicie ī cõi nõ aūt virtus. Licet aūt ipa vitia ñ opponātur ſȝ rõem malicie in cõi: opponūtur tñ ſcðm ſuas rões ſpēales: puta ſm ſuphabūdātiā ⁊ defcm. ¶ Addit inſup. p. ꝙ vnum extremū magꝭ opponit medio v̄tutis q̄ aliꝺ. Qꝺ eñ ē minꝰ ſile v̄tuti magꝭ ei opponit ſicut ſimilioꝛ ē fortitudini audacia q̄ timiditas: ⁊ ideo timiditas magꝭ ꝯriatur fortitudini q̄ audacia. Illa nanꝙ q̄ abinuicem magꝭ diſtāt magis adinuicē opponūtur: ⁊ iſta oppõ ſumit ex nā vitiorum ⁊ virtutis. Alia vō oppoſitõ quo ad nos ⁊ ſm hoc illꝺ vitiū ē magꝭ ꝯriū v̄tuti ad qꝺ vehementiꝰ inclinamur. ¶ Inquit vlterius phs quõ hõ valeat effici v̄tuoſus. Circa qꝺ dicit ꝙ hoc ē valde difficile ,ppt difficultatē repiendi mõm. videmꝰ eñi hoc vlr accidere ꝙ accipe mediū ē valde difficile: declinare aūt a medio ē facile. Nā accipe mediū ī circulo ñ eſt cuiuſlibet ſȝ ſcientis tantū geometriam. Declinare aūt a cētro ē facile Scire iraſci ē facile: ſȝ ꝙ aliq̄s iraſcat q̄ntū oportet: ⁊ vbi: ⁊ qñ: ⁊ ,ppt q̄d ē difficile.

¶ Ponit aūt ariſto. triplex documentuȝ per quod ꝯuenire põt hõ ad v̄tutis mediū. Primū documētū ē ꝙ q̄ vult ad virtutē ꝯuenire recedere debet q̄ntū valet ab extremo qꝺ magis cõtrariatur v̄tuti. Sicut ſi aliquis vult peruenire ad medium fortitudinis debet maxime ſtudiū adhibere ꝙ recedat a timiditate q̄ magis ꝯriatur fortitudini q̄ audacia. Secūduȝ documentū ē ꝙ ille qui vult effici v̄tuoſus dȝ attēdere q̄d ſit illꝺ ad q̄d appetitꝰ ſuꝰ maxīe inclīat qꝺ põt cognſcere ex delectatiõe ⁊ triſtitia q̄ accidūt circa ipm quo cognito dȝ ſtudiuȝ adhibere vt ab huiõi vitio ad qꝺ ſe ,pnū ꝯcipit q̄ntū voluerit recedat ad aliud extremū aliqualr declinādo: ⁊ ſic tandē ad mediū ꝯueniet ſicut volentes dirigere ligna diſto: ta torquēt ea in aliā ptē: ⁊ ſic finalr reducunt ad rectum. Tertiū documētū ē ꝙ delectabilia q̄ aīam ad peccādū alliciūt ſūt fugiēda ⁊ abicienda ſicut ſupiores pleb. troiane dixerūt helenā eſſe abiciēdā q̄ erat occaſio deſtructõnis ciuitatis ſue: ⁊ ſic poterimꝰ mediū adipiſci qꝺ ē valde difficile vt dictū ē. Quapropter circa hoc ē inſudādū Modicꝰ tñ receſſus a medio virtutis nõ eſt vituperabilis: quod ptȝ a ſimili: quia non ſolū laudamus illos qui mediū punctualiter attingūt ſed etiam q̄ de ,ppinq̄ ad ipm accedunt.

Explicit liber ſecūdꝰ ethicoꝝ Sequitur Tertiꝰ.

Irtute itaqȝ. ¶ Postq̄ ari. in secũdo li. determīauit ȯ gnãatione ꝟtutis ⁊ de multiplici distinctõe eiꝰ: h̄ p̄ūr determinat de principijs ⁊ caus ꝟtutis. et p̄mo agit ȯ volũtario ⁊ inuolũtario. ꝙ aũt de his habeat deťmĩare moral. p. ꝓbat: qꝛ cũ ꝟtꝰ moral ſit circa paſſiões ⁊ oꝑatões in q̇bus fiũt laudes ⁊ vituꝑia ſi ſint volũtarie ⁊ fit venia: ſi ſint inuolũtarie ſeq̄tur ꝙ eoꝝ ꝯſideratõ ꝑtinet ad moralē. Utile eũi ē legiſlatoribus de his cõſiderare vt ſtatuãt honores bñ agẽtibus ⁊ penas peccantibꝰ. ¶ Deinde diuidit ariſto. inuolũtariũ: quoddã eni ē inuolũtariũ per violẽtiã ⁊ aliud ꝑ ig̃rãtiã. Inuolũtariũ ꝑ violẽtiã dr cuiꝰ principiũ ē extra ita ꝙ oꝑans vel patiẽs nihil ꝯfert ad actiõem ꝑ ꝓpriũ appetitũ: puta ſi aliq̇s ꝑtãtē habẽs aut ſp̄ũs vel vẽtus aliquem alicubi duxerit ſeu violẽter proiecerit. ¶ Circa qȯ notãdũ ꝙ vbi ē talis coactõ q̄ p̄t dici coactõ abſoluta nõ q̇dē volũtatis que n̄ p̄t cogi ſed aliaꝝ potẽtiarũ patiẽs totaliter excuſaṫ a pctõ: vt ſi ꝟbo violẽter corrũpaṫ: vel ſi tirãnus violẽter manũ chriſtiani moueat thura demonibus offerre faciẽdo. De his aũt q̄ fiũt metu vel timore mortis vel alioꝝ maloꝝ q̇bus n̄ ē coactio abſoluta ſȝ cõdiciõata Mouet ariſ. dubiũ vtꝝ ſit volũtaria vel inuolũtaria: vt ſi q̇s iuſſu tirãni ad euadẽdũ mortem aliquē interficiat: vel ſi tꝑe tẽpeſtatis pro vita ſaluãda merces ī mare ꝓiciat quas nõ eſſet alias ꝓiecturꝰ. Ad quod reſpõdet ꝙ licet talia ſint mixta ex voluntario ⁊ inuolũtario magis tamē ſũt dicẽda volũtaria. qȯ ꝓbat: qꝛ oꝑatio ē tal' iudicanda qualis ē in tꝑe q̄ q̇s oꝑaṫ. cũ aũt q̇s ꝓicit merces ī mare illa ꝓiectõ ꝓ tũc ē volũtaria cum voluntas impet talem proiectionem: ⁊ ſic ē p̄ncipiũ mouendi ptes organicas. Addit aũt ariſt. ꝙ talia forſã ſũt ſimpliciṫ inuolũtaria: qꝛ nullꝰ eligeret aliq̇d taliũ ſm ſeipm in q̄ videṫ ꝑ hus loq̄ dubie. Circa qȯ notandũ ꝙ tlia p̄nt dici ſimpliciṫ volũtaria ſumendo ly ſimpliciṫ diuerſimode. Ut em̄ p̄t elici ex p̄imo de gene. Simplr̄ põt tripliciṫ ſumi. Uno mõ idē ē ꝙ vlr̄: ⁊ ſic ens ſimpliciṫ ſũptũ ȯ: ens vlr̄ ſũptũ. Alio mõ ſimpliciter tm̄ valet ſicut ꝑ ſe vel ſolitarie: et ſic ſubſtãtia q̄ eſt ens ꝑ ſe ſtãs dr ens ſimpliciṫ. Tertio mõ ſimpliciṫ idē eſt ꝙ actualiter ⁊ ſic ens ſimpliciter ȯ: ens in actu. Ad ꝓpoſitũ igiṫ dico ꝙ ſi ſimpliciter ſumatur ſecũdo mõ tlia ſũt ſimplr̄ inuolũtaria qꝛ nullus eligeret aliqȯ taliũ ſm ſe ⁊ ſolitarie acceptũ ſine alio adiuncto puta ſine timore ⁊ ſine ꝑiculo mali magis ĩuolũtarij. Sumendo ꝟo ſimpliciter tertio modo ſcȝ actualiṫ: talia ſũt ſimpliciṫ volũtaria: ꝓiciẽs enĩ merces ſimplr̄ ⁊ actualiṫ vult ꝓicere qꝛ ĩ nullo coactꝰ: vtitur enĩ vi motiua: illa enĩ ē in ꝑtãte eius in periculo ſicut alś: qȯ ex hoc patet: qꝛ volũtas p̄t ita inordinate merces amare ꝙ nollet eas ꝓicere in tali periculo euadẽdo: ⁊ hoc modo dt ariſ. ꝙ tlia ſũt magis volũtaria q̄ inuolũtaria: ⁊ ſic p̄nt dici volũtaria ſimpliciter et inuolũtaria ſm q̇d cũ vnũ qȯ ē maxīe dicatur eē ſimpliciter ſm qȯ ē in actu: talia aũt q̄ ꝑ metũ aguntur ſm hoc ſũt in actu ſm qȯ fiũt et ſunt ſimpliciṫ et abſolute volũtaria. ſ. ſm qȯ actu agũtur: ſed ſũt inuolũtaria ſub conditione ſi vicȝ talis metus nõ īmineret. De quo vide. 15. diſt. 3. ſen. ſco. et. 6. q. p̄me ꝑti. ſc. ſe. tho. ¶ Dic vlteriꝰ ꝙ ī aliq̇bus oꝑatiõibus ꝓpṫ metũ factis non meretur homo laudē ſed cõceditur ſolũ ſibi venia: et q̄ ad hoc p̄t poni exemplũ de illo q̇ ꝓpṫ metũ dt aliqȯ mẽdaciũ officioſũ abſq̄ iuramẽto: talis namq̄ de cõmuni lege ſolũ venialiṫ peccat: vt cõmuniṫ dicũt doctores theologi. Quedã ꝟo oꝑationes ſm p̄hm ſũt adeo male ꝙ ad eas faciendas nulla ſufficiẽs exactio adhiberi p̄t. q̄ aũt ſint huiuſmõi oꝑatões difficile eſt iudicare vt ip̄e dicit: hꝰ tam̄ eſt determinatũ ꝑ doctores theologos cõmuniter aſſerentes ꝙ ꝓpṫ mortis metũ vel ad periclm̄ euadendũ non debet hõ mortalr̄ peccare mãdatũ diuinũ trãſgrediẽdo nec etiã ꝓ tota creatura cõſeruan

da ſm anſelmum. ¶ Impugnat cõſeq̄n
ter ariſto. illos q̄ ponebãt ea q̄ fiũt ꝓpter
cõcupiſcẽtiã vel exteriora bona non eſſe
volũtaria oſtẽdẽs hoc eſſe falſũ multipli
ci rõe. Et primo qꝛ oẽs q̄ opant̄ inuo=
luntarie ſeu violẽtia opantur cũ triſtitia
ſed illi q̄ opant̄ ꝓpter aliqḋ bonũ ſibi de
lectabile operant̄ cũ delectatõe ꝫ nõ vi
olẽter nec inuolũtarie. Item ridiculoſũ
eſt ac riſione dignũ accuſare exteriora bo
na animũ mouẽtia ꝛ nõ ſeipm accuſare:
qñ aliq̄s pmittit ſe a talib' ſupari cũ vo=
lũtas noſtra q̄ eſt libera ñ neceſſario mo=
ueatur a talibus appetibilibus. Ridicu
lũ etiã eſt ꝙ homo dicat ſeipm eſſe cauſã
bonoꝝ ꝛ virtuoſoꝝ opm. Bona vero de=
lectabilia turpiũ et malarũ opationũ in=
q̄tũ alliciũt mentẽ ad cõcupiſcẽtiam cũ
ↄtrarie opatões reducãtur ad eandem
potẽtiã rõnalem q̄ eſt ad oppoſita ex no=
no metaphiſ. Licet enĩ paſſiões cõcupi
ſcẽtie ſeu ire ſint mot' nõ ſpõtanei. Ope
rationes tñ ↄſeq̄ntes ſũt volũtarie cum a
volũtate ꝓcedant q̄ poſſent huiõi paſſio
nes non ſequi. ¶ Quantũ ad inuolũtari
um p ignorãtiã notãdũ primo ꝙ inuolũ
tariũ ꝛ nolũtariũ ꝓ eodẽ ſumũtur. Nolũ
tariũ aũt et voluntariũ dicũt duos ac
tus poſitiuos volũtatis ꝛ oppoſitos. põt
enĩ volũtas elicere actũ nolẽdi ꝛ actũ vo
lendi reſpectu eiuſdẽ obiecti: vt volẽdo
vel nolẽdo ſcribere. Põt etiam manere
ſuſpenſa nec eligendo hũc nec illũ ꝛ tũc
volũtas nec dicit̄ nolens nec volens ſed
dicit̄ nõ volẽs: et ſic ſolũ fit negatio vo=
litionis eius abſq; poſitõne oppoſiti. h'
preſuppoſito ſciẽdũ ꝙ ſm ariſto. inuolũ
tarium ꝓpter ignorantiã dicitur op' fa=
ctũ ꝓpter ignorãtiã debitarũ circũſtantia
rũ: ſic volũtati repugnãs ꝙ ad ipm ſequi
tur triſtitia ꝛ penitudo: cũ aũt triſtitia m
ſm auguſti. ſit de his q̄ nobis nolẽtibus
accidũt. Opus propter ignorantiã factũ
ad qḋ nõ ſequit̄ triſticia nõ dicit̄ inuolũ
tariũ: q̄ enĩ nõ triſtat̄ de eo qḋ opatus ẽ
poſtq̄ id cognouit nõ põt dici ꝙ ↄ volũ
tatẽ id fecerit. Nec etiã dr̄ nolũtarium cũ
ꝓpter ignorãtiã fuerit factũ. Sed tale op'
hũ põt dici nõ volũtariũ ex eo ꝙ tal' opera
tus ẽ nõ volẽs: vt ſi aliq̄s credẽs recipe
ſtãnũ reciperet argẽtũ. Patet itaq; ꝙ non
oẽ qḋ fit ꝓpt̄ ignorãtiã ẽ inuolũtarium.
¶ Dicit vlteri' ariſto. ꝙ aliud ẽ ignorãter
opari ꝛ aliḋ ꝓpt̄ ignorãtiã. Ebri' enĩ l' ira
tus opat̄ q̄dẽ ignorãter qꝛ ſcʒ ignorãtia cõco
mitat̄ ei' opatõem ſʒ nõ opat̄ ꝓpt̄ ignorã=
tiã ſʒ ꝓpt̄ ebrietatẽ vel irã cũ ignorãtia nõ
ſit cã ſue male opatõis ſʒ ſe hʒ tñ vt cõ=
cõitãs: ſic etiã oĩs mal' ẽ ignorãs: qḋ ẽ h'
mõ intelligẽdũ: qꝛ oẽm electõeʒ mali cõ
comitat̄ aliq̄ ignorãtia. Licet enĩ mal' hõ
ſciat adulteriũ eẽ malũ in vli cũ tñ elegit
adulterari eſtimat ꝓ tũc ſibi eẽ bonũ ad=
ulterari paſſiõe ↄcupĩe ſeu malicia ipſũ
excecãdo p quã tollit̄ ↄſideratõ actualis
in pticulari agibili. Volũtas nãq; mala
excecat auertẽdo itellectũ a dictamĩe re=
cto agẽdoꝝ ꝛ ipm ad alia ↄuertẽdo. iux=
ta illḋ dañ. xiij. de duob' iudicib' malis
dr̄ auerterũt oclos ſuos vt nõ intuerent̄
celũ nec recordarẽtur iudicioꝝ iuſtorum.
Sic igit̄ q̄ eſt ſciẽs in vli vt is q̄ habitum
habet ſciẽ moral' ẽ ignorãs i pticulari ↄcupi
ſcẽtia vel malicia impediẽte intellectum
ne applicet cognitõʒ quã hʒ in vli ad p=
ticulare agibile. Vñ dicit ariſt. infra. ca.
de voluntate ꝙ ſicut infirmitas corrũpit
iudicium guſtus. Dulcia enim infirmis
videntur amara: ſic malicia corrumpit iu=
dicium intellect': ꝛ ſic iniq̄s mala vident̄
eſſe bona. Et hoc ẽ qḋ dr̄. 6. hui' ꝙ con
cupĩa delectatõis corrũpit eſtimatõʒ pru
dẽtie: de q̄ ibi magis dicet̄. ¶ Notandũ
circa pmiſſa ꝙ ignorãtia põt ſe hr̃e ad volũ=
tatẽ: vno mõ cõſeq̄nter: alio mõ añcedẽ=
ter. Conſequẽter ſeu cõcomitãter ſe ha
bet ignorãtia ad volũtatem inq̃tũ ipa
ignorãtia eſt volũtaria: ꝛ hoc dupliciter
Vno mõ cum actus volũtatis fert̄ i igno
rantiã ſicut cũ aliq̄s vult ignorare vt nõ re
trahat̄ a pctõ ſʒ liberius abſq; remorſu
peccet: ꝛ hec dr̄ ignorantia affectata q̄
nõ excuſat pctm̃ ſʒ aggrauat. Alio mo=
do cũ aliq̄s nõ actu ↄſiderat qḋ ↄſiderare
põt ꝛ debʒ: q̄ ẽ ignorãtia male electõis ex paſ
ſione vel malicia ꝓueniẽs ſiue qꝛ nõ cu=

tat acq̄rere notitiā iuriū vſuum q̄ q̄s ſcire tenet: ⁊ hoc p negligētiā q̄ dr̄ igr̄ātia craſſa vel ſupina. Cū aūt igr̄ātia bis modis ſit volūtaria nō p̄t cāre ſimplr īuolūtariū: et ideo nō excuſat a peccato totaliter Ancedēter aūt ſe hꝫ ad volūtatē ignorātia qñ nō ē volūtaria ⁊ tñ ē cā volendi q̄ hō al's nō vellet: ſicut cū hō ignorat aliquā circūſtātiā actus: et ex hoc aliō agit q̄ō nō faceret ſi ſciret: ⁊ talis ignorantia cauſat inuolūtariū ſimpliciter: ⁊ ſic a peccato excuſat qñ ē inuincibilis: puta q: adhibetur debita dilia ad notitiā circūſtantiarū actus exerciti. Licet aūt ipa opatō exercita durāte igr̄ātia ſit volūtaria cū a volūtate imperetur reputat tñ īuolūtaria q: ignorātia p quā cauſat ē inuolūtaria: nec exercet talis opatio p̄nte ſciā. Et iō ad talē opationē ignorātia ceſſante ſeq̄t triſticia. ¶ Enumerat deīde ariſt. huiuſmodi circūſtātias opatōis moralis q̄ ſūt octo. Cōſiderādū enī ē ī opatōne morali q̄s opat q̄tū ad agēs principale. ſecūdo q̄d opat. tertio circa quā matiam vel obiectū. q̄rto in quo loco. quinto quo tēpe. ſexto quo iuſtrumēto. ſeptimo cur opat. quo ad cām finalē. octauo q̄uo opat: an ſcꝫ intenſe vel remiſſe: ⁊ hec ē circūſtātia forme. Pn̄t aūt hmōi circūſtātie haberi p hūc v̄ſū. Quis q̄d vbi circa cur q̄ q̄uo qñ. ¶ Alterius dicit Ariſto. q̄ nō p̄nt om̄es ille circūſtātie totalr̄ igr̄ari niſi hō fuerit fatuus vel infan⁹. Manifeſtū enī eſt q̄ nō p̄t opans ignorare quis operetur q: tūc ignoraret ſeip̄m. Pōt tñ ignorare quid opatur: vt ſi aliq̄s ſagittator volēs oñdere alicui qualit̄ ſit ſagittandū emittat telū neſciēs ſe illō emittere. Pōt etiam ignorare circa q̄d operetur: vt ſi aliq̄s pugnādo ꝓ re publica credēs hoſtem interficere occidit filiū ſuū. Pōt etiā eē ignorātia finis: vt ſi medic⁹ dās alicui medicinā vt ſanet ipſum gⁱmat. Pōt etiaꝫ eſſe ignorātia mōi: vt ſi aliq̄s exiſtimans ſe leuit̄ ducere manū fortiter ꝑcutiat. Poteſt etiā eē igr̄ātia tp̄is: vt ſi aliquis carnes die veneris cōedat credens ſe eē in die iouis vel mercurij ⁊ ſic pōt exēplificari de vbi ⁊ alijs circūſtātijs. Hic igitur videt inuolūtarius opari q̄ ignorat aliquā p̄dictaꝝ circūſtātiaꝝ: ⁊ ſic meret veniā p̄cipue ſi ſit ignorātia in principaliſſimis circūſtātijs cuiuſmōi ſūt finis et obm̄ circa q̄d: ⁊ ſic ptꝫ q̄uo igr̄ātia cāt inuolūtariū. ¶ His p̄miſſis declarat. p. q̄d ſit volūtariū dicēs: Volūtariū ē illud cuius p̄ncipiū eſt in ip̄o ſciēte ſingl'aria ī q̄bus ē opatio. Hoc ptꝫ ex p̄ cedēn. cū enī inuolūtariū ſit illō q̄d fit p violētiā vel p igr̄ātiā ſeq̄tur q̄ volūtariū q̄ō ei opponitur ſit ī ip̄o opante p q̄ō excludit violentia: Ita tñ q̄ ip̄e opans ſciat p̄ticulares circūſtantias p q̄ō excludit ignorantia. Licet aūt volūtariū cōueniat cum agēte naturali: q̄ vtrūq3 agit p v̄tutē principij intrinſeci: differt tñ ab eo: q: agēs volūtariū agit ꝓpt̄ finē a ſe cognitū: agens aūt naturale ꝓpter finē nō a ſe ſꝫ a cauſa ſuperiori cognitum.

## De electione Capi. ij.

## Eterminatis autem.

p

Poſt q̄ p̄hs determinauit de volūtario: h̄ p̄ñr determīat de electione. q̄ aūt ſit de ip̄a determinādū patet: q: virtutes ⁊ vitia de q̄bus cōſideratur in hac ſciā magis ſūt ex electōe interiori q̄ ex opatōe ext̄iori. ¶ Declarat cōſeq̄nter ariſ. gen⁹ electōis dicēs q̄ om̄is electō ē volūtaria ſꝫ nō ecōuerſo. Voluntariū enī ē in plus vt genus ē cōmunius ſp̄ebus: q̄ō patet: q: pueri et alia aīalia cōmunicāt ī volūtario in q̄bus nō ē electio ſicut etiā ea q̄ repēte facim⁹ vel dicimus volūtaria quidē ſūt et tñ nō ſūt ƀm electionē. ¶ Circa q̄d notandū q̄ bruta aīalia nō cōicāt in volūtario ꝓp̄e ſumpto. Volūtariū enī d̄r a volūtate q̄ eſt appetitus intellectiuus ex tertio de aīa. et dominat ſue opatōi: nec neceſſario ſeq̄tur paſſiones appetitus ſenſitiui ſꝫ p̄t agere et nō agere. Bruta nō h̄nt hmōi appetitū: cōicāt tñ ī volūtario large ſumpto inquātū h̄nt in ſe appetitū ſenſitiuū qui eſt principiū intrinſecū ſue opatōis cū aliq̄ cognitōe finis: ſꝫ iſta cognitō ē imꝑfecta

Unde apphendendo finē nō deliberant ſed ſubito ferūtur in ipm: nec dñant̄ ſue opatōni ſed neceſſario ſequūtur paſſiones appetitus ſenſitiui: ⁊ ſi ſint paſſiōes cōtrarie cuiuſmōi ſūt ꝯcupiā et timor: ſequūtur paſſionē fortiorē nō ſic homines ¶ Habito aūt q̄d ſit electio ſm gen⁹ inq̄rit q̄d ſit ſm ſpēm: qꝛ ꝺō oēs opatiōes bone vel male moraliter ꝓcedūt ab itellectu vel appetitu: qui q̄dē appetit⁹ ē duplex ſcꝫ intellectiu⁹ et ſenſitiuus. Appetitus aūt ſēſitiu⁹ diuidit̄ in cōcupiſcibilē et iraſcibilē. Aliq̄ poſſent imaginari ꝙ electio eēt ꝯcupiſcētia vel ira q̄ ad appetitū ſenſitiuū: vel ꝙ eſſet volūtas q̄ ad appetitū intellectiuū: vel ꝙ eēt opinio quo ad ipm intellectū. iō ad hoc excludendū oñdit primo ꝙ electio nō ē cōcupiā l' ira qꝛ iſta duo cōiter inueniūtur in animalibus brutis in q̄bus nō eſt electō vt dcm̄ eſt. Itē ſi electio eſſet cōcupiſcētia q̄cunq; oparet̄ ꝑ electōem oparet̄ ꝑ cōcupiāꝫ ⁊ ecōuerſo qd̄ ē falſū. Nā incōtinēs operat̄ ſm cōcupiām et nō ſm electōem: cōtinēs ꝺō ꝑ electionē et nō ſm cōcupiāꝫ ḡ electio nō ē cōcupiſcētia. Qꝛ etiā electio nō ſit ira pꝫ vlteri⁹ qꝛ cū electō ñ ſit cōcupiſcētia nec erit ira: electō nanq; fit cū deliberatōe: in ira aūt ē minor vel iberatio q̄ in ꝯcupiā ꝑpt̄ velocē ire impetū. Qꝛ aūt electio ñ ſit volūtas q̄uis eniꝫ ꝓpinqua videat̄ volūtati eē̄ ꝓbat quia electio non ē de impoſſibilib⁹: imo ſi q̄s dicat ſe eligere aliq̄d impoſſibile videt̄ eſſe ſtultus. volūtas aūt dr̄ eſſe de impoſſibilibus: puta de imortalitate. pōt eniꝫ aliq̄s velle effici immortalis: ḡ electō nō eſt idē qd̄ volūtas. ¶ Circa q̄d notandū ꝙ volūtas aliqñ ſumit̄ ꝓ potētia: aliqñ ꝓ actu illi⁹ potētie: vt dcm̄ ē in pmo huius: q̄cūq; mō ſumat̄ electō ē ꝓpinq̄ volūtati. qꝛ oīs electio eſt actus volūtatis. licet nō ecōuerſo: vt in ſequētibus videbit̄. ¶ Inſup notādū ſm ſco. 6. diſ. ſcdi ſen. q electio pōt ſumi dupl'r: Uno mō ſtricte ꝓ volitōe efficaci. [illegible] ꝓſeq ꝓpoſitū: ⁊ de hac dt ariſ. ꝙ nō ē impoſſibiliū: ⁊ hoc mō pm⁹ angel⁹ nō appetiſt eq̄litatē di ex electōe. Alio mō pt ſumi magis large ꝓ ꝑfecta volitōe ſeq̄nte apphēſionē plenā intellect⁹ nō ex ſurreptōe: et talis dñ ē impoſſibiliū: ⁊ ſic dñ potuit lucifer peccare ex electione. ¶ Probat vlterius ariſ. alia ratione ꝙ electō nō ē idē ꝙ volūtas: qꝛ volūtas ē etiā de his q̄ fiunt ꝑ aliū: electōem aūt ſolū de his q̄ fiunt ꝑ ipm. ꝑterea volūtas magis ē finis. Electio aūt eoꝝ q̄ ſūt ad finē: puta ſani eſſe volum⁹ eligim⁹ aūt ꝑ q̄ ſani eē poterimus ¶ Circa qd̄ notādū ꝙ lꝫ volūtas ñ tm̄ ſit finis ſꝫ etiā eoꝝ q̄ ſūt ad finē. dicit̄ tñ magis eſſe finis: qꝛ ē bonū ꝓpter ſe appetibile alia nō. Itē notādū ꝙ licet electio ꝓpe ſūpta nō ſit finis electio tñ large ſumpta ꝓ quocūq; actu elicito a volūtate nō ſolū eſt eoꝝ q̄ ſūt ad finem ſꝫ etiā ipſius finis. Et ſic dicit ariſt. pmo h⁹: felicitatē eē eligibilē: ⁊ h⁰ mō oē appetibile a volūtate ē eligibile. ¶ Deinde ꝓbat ariſto. ꝙ electio nō eſt opinio c ipiē⁹ opinionē generaliter qꝛ opinio ē tā circ̄ poſſibilia q̄ impoſſibilia tā nc̄ria q̄ ꝯtingētia: ſed electio ē ſolū circa poſſibilia per nos fieri. Item opinio ⁊ electio diuidūt̄ in diuerſis drñtijs. Opinio eni diuidit̄ ꝑ verum et falſum. Electio aūt ꝑ bonuꝫ ⁊ malum. Probat etiā ꝙ electio non ſit opinio particularit̄ ſumpta de illis que ſcꝫ ſunt agibilia a nobis qꝛ eligendo talia dicimur boni vel mali. nō aūt opinādo. Cui⁹ cauſa eſt qꝛ electio eſt act⁹ voluntatis. Bonitas aūt vel malicia volūtatis eſt ſimpliciter bonitas vel malicia homīs. Bonitas aūt vel malicia intellectus ad quā pertinet opinio nō eſt bonitas vel malicia homīs niſi ſm quid: ⁊ ſic eligendo bonū dicimur boni et eligendo mala dicimur mali nō aūt opinando.

¶ Concludit itaq; Ariſtotiles ex predictis quid ſit electio ſcdm ſpeciem: cum enim non ſit aliquod predictorum oportet dicere ꝙ ſit q̄ddā voluntarium precōſiliatū. eſt enim actus volūtatis ſeq̄ns actū rōis ꝯſiliātis ⁊ ꝓferētis: ⁊ h⁰ videt̄ aſſignare nom̄ electiōis. Eſt nāq; electō pluribus propoſitis vni⁹ p̄ alijs acceptō

quod nō eſt ſine conſilio ſeu deliberatōe
ratōis cōferētis d̄ ipoꝝ valore et vtilita
te. qꝛ hoc ī rōe electōis includit̄ cōſiliū: iō
cōſeq̄nter ariſt. determiat de cōſilio. Ac
pᵒ q̄rit d̄ obō ꝯſilij an. ſ. ꝯſiliū ſit d̄ oībꝰ vł
d̄ q̄buſdā. ad quod dic̄ ꝙ n̄ ē d̄ oībꝰ. nō
enī ē cōſiliabile de illo de q̄ conſiliat̄ inſi
iſipiēs vel īſanꝰ ſꝫ de q̄ cōſiliat̄ hn̄s in-
tellectū recte diſpoſitū. Cōſiliū etiā non
eſt de neceſſarijs nec de impoſſibilibus
qꝛ tlia nō cadūt ſub nr̄a ptāte. Nō ē etiā
ꝯſiliādū de effectibꝰ naturalibꝰ q̄ vt plu-
rimū eodē mō fiūt vt ſiccitas ī eſtate ⁊ im
bres ī hieme. nec ē cōſiliandū de caſuali
bus ⁊ fortuitis cū talia p̄ter intētionē ac
cidāt. nō etiā ē cōſiliandū de oībꝰ rebꝰ
humāis puta de cōuerſatōe ppłoꝝ lōge
a nob̄ diſtātiū: qꝛ nō ſubiacēt nr̄e ptāti.
Sꝫ cōſiliādū ē tm̄ de oꝑabilibꝰ q̄ in nr̄a
ptāte exiſtūt: ⁊ hᵒ qn̄ ī hmōi oꝑatōibꝰ ac
cidit dubiū. Circa aūt illa q̄ de ſe ſūt cer
ta n̄ optet ꝯſiliari cuiuſmōi ſūt q̄dam ar-
tes de ſe euidētes vt ē ſcīa ſcribēdi: non
enī dubitamꝰ q̄lit̄ ſit ſcribēdū. Circa hō
oꝑatōes artiū q̄ de ſe n̄ ſūt ſufficiētes ſꝫ in-
digēt aliarū directione ē ꝯſiliādū cuiuſ-
mōi ē ars medicine Vn̄ ſm ſco. xiiij. di.
ſcōi ſen. Neceſſariū ē ꝙ bonꝰ medicꝰ habeat
ſciam aſtronomie. Nā ead̄ē eſt medicina q̄
in vno inficit tp̄e in alio liberaret tp̄e: ſꝫ
itaqꝫ ſm ꝙ artes ſūt magis vel minꝰ cer
te eſt magis vel minꝰ ꝯſiliādū. Cōſilian
dū etiā ē de his q̄ ſeplꝰ accidūt qn̄ incer-
tū eſt q̄lit̄ ꝯtingāt ⁊ de rebꝰ magnis ꝓp
ter qđ aſſumimꝰ nob̄ ad cōſiliādū alios
quaſi nō credētes nos eē ſufficientes ad
diſcernēdū q̄d oꝑteat nos facere. ¶ De-
inde ariſt. dat mōm ꝯſiliādi dī. ꝙ ī ꝯſilio
oꝑtet p̄ſuppōere finē: nō enī ꝯſiliamur d̄
finibꝰ ſꝫ de his q̄ ſūt ad finē. Medicꝰ nāqꝫ
nō ꝯſiliat̄ ſi inducet ſanitatē ſꝫ qūo ſana-
bit: neqꝫ rethor ſi ꝑſuadeat neqꝫ politicꝰ
q̄ hꝫ regere ciuitatē ꝯſiliat̄ de faciēdo pa-
ce ſꝫ de medijs ꝓcreāde pacꝭ: iō ſuppoſi
to fine oꝑtet ꝯſiliātes attēdere q̄lit̄ ⁊ ꝑ q̄
media poſſint ꝯſeq̄ finē ſuū: et ſi ꝑ plura
poſſint ad finē ꝑuenire ꝑ q̄d illoꝝ meliꝰ
et faciliꝰ ꝑuenire poſſint. ſi aūt ꝑ vnū me
diū ꝑueniat̄ ad finē ꝑ illud ad illū finem
ꝑuenire ꝓcurēt: ⁊ ſi illud nō habet̄ ꝓmꝰ
pīu oꝑtet inq̄rere vlteriꝰ ꝑ q̄d poſſit ha-
beri: ⁊ ſimiliter de illo quouſqꝫ ꝑueniat̄
ad cām q̄ occurrerit p̄ma in oꝑando ⁊ eſt
vltima in inuētōne ꝯſilij. Ille igit̄ q̄ cō
ſiliat̄ cū ſeipō ꝯferēs vel cū alijs vr̄ que-
rere et reſoluere dicto mō ꝓcedendo a fi
ne ad ea que ſunt ad finem. Ex p̄miſſis
ꝯcludit ariſt. diōnem ꝯſilij eius genꝰ et
drn̄tiam aſſignādo. Eſt enī conſiliū que-
ſtio ſeu inquiſitio reſolutoria de operabi
libus a nobis. vbi ponitur queſtio ꝓ ge
nere: reliqua vero ꝓ drn̄tia. Nam omne
conſiliū eſt queſtio cum q̄ſtio ſit dubita-
bilis propoſitio. Nullus quoqꝫ cōſiliat̄
in his que nō dubitabit: ſed nō omnis q̄-
ſtio eſt conſiliū: ſed queſtio reſolutoria q̄
fit procedendo a fine q̄ eſt vltimus ī ge-
neratione ad ea que ſunt ad finem q̄ ſūt
priora in generatione. vltimū nanqꝫ ī re
ſolutione eſt primū in generatione vt po
teſt exemplificari in reſolutōne domus.
¶ Contra predicta arguitur ⁊ videt̄ ꝙ ī
inquiſitione ꝯſilij procedens a fine ad ea
que ſunt ad finem non ſit queſtio reſolu-
toria: qꝛ in ſpeculabilibus probātur con
cluſiōes reſoluēdo a cōcluſiōibus ad p̄n
cipia: ⁊ tādem deueniendo ad prima p̄n
cipia īdemōſtrabilia: ergo procedēdo ab
his que ſunt ad finē ad ipm̄ finē erit ꝓ-
ceſſus reſolutorius et non econuerſo. ꝓ-
batur conſequentia: qꝛ finis habet ratio
nem principij in operabilibus. ex primo
huius: et ſic ea que ſunt ad finē habent
rationē concluſionis. Rᵒ ꝙ proceſſus a
concluſione ad principia eſt proceſſus re
ſolutorius quādo ipſa principia que ſūt
priora in cognitione ſūt etiā priora ī eſſe
Unde hic dicit ariſto. ꝙ vltimum in reſo
lutione eſt primum in generatione. Li-
cet ergo finis habet rationem principij ⁊
ſit prior in cognitione: qꝛ tamē eſt poſte-
rior in eſſe et in generatione ideo proce-
dendo a fine ad ea que ſunt ad finem eſt
queſtio reſolutoria ⁊ non ecōuerſo. Sic
ergo patet ꝙ inquiſitio conſilij eſt q̄ſtio
reſolutoria. eſt aūt tal' inq̄ſitō circa mām

ꝑ nos oꝑabilē vt ptȝ ex ꝑcedētib⁹. Vñ
dicit ꝯñr ariſ. ꝙ ſi in tali ꝓceſſu cōſiliā
tes inueniant aliqḋ īpoſſibile puta ſi ñ-
nis acquirēdus indigeat magnis ſūmp
tib⁹ ⁊ pecunijs ꝓ ſui acquiſitione vltra
facultatē cōſilians vtiū dimittūt totū nego
tiū: q̄ſi deſperātes. Si aūt qḋ īuētū eſt ꝑ
cōſiliū ſit poſſibile ſtatim incipiūt oꝑari
⁊ hoc eſt ſignū ꝙ cōſiliū tūc eſt circa ma
teriā ꝑ nos oꝑari poſſibilē: ⁊ ſic ptȝ dio
cōſilij. ¶ Poſſibile aūt dicit̄ aliqḋ ope-
ranti ẜm ariſ. nō ẜm ꝓpriā potētiā ſed
ẜm potētiā amicoꝝ: q2 illa poſſum⁹ q̄ ꝑ
alios poſſum⁹ dū intuitu noſtro hoc fa-
ciūt. Terminat̄ aūt cōſiliū qñ inq̄ſitio ꝑ
uenit ad illud qḋ ſtatim eſt in ptāte no-
ſtra vt faciam⁹ ⁊ ſic in cōſilio eſt ſtatus.
¶ Pro quo notādū ꝙ ſicut finis habet
rōnē principij ita illud qḋ agit̄ ꝓpter fi
nē habet rōnē cōcluſiōis. vnde illud qḋ
primo agendū occurrit habet rōnē vltīe
cōcluſionis ad quā inquiſitio terminat̄.
¶ Sed cōtra ꝑdicta arguit̄ ⁊ videt̄ ꝙ ī
inquiſitione cōſilij nō ſit ſtat⁹: ſed ꝙ hu
iuſmodi inquiſitio ꝓcedat in infinitū q2
inq̄ſitio cōſilij verſat̄ circa ſingularia in
quib⁹ eſt oꝑatio: ſȝ ſingularia ſunt infi-
nita: ꝗ inq̄ſitio cōſilij eſt īfinita: ⁊ ſic nō
erit ibi ſtat⁹. ¶ Rñdet̄ ꝙ ſingularia nō
ſunt infinita actu ſȝ potētia tm̄: niſi q̄t ꝓ
hibet ꝯſiliū potētia infinitis etiā ẜm ꝙ ī
infinitis poſſunt occurrere aliqua ꝯſilio
reqrenda. ¶ Ex ꝑdictis infert. p. diōnē
electionis: cū eñ eligibile ſit deſiderabi
le ⁊ ꝯſiliabile eoꝝ q̄ ſunt in noſtra ptāte
ſequit̄ ꝑ locū a ꝯiugatis ꝙ electio nihil
aliud ſit q̄ꝫ deſideriū eoꝝ q̄ ſunt in nr̄a
ptāte ex ꝯſilij determinatiōe ꝓueniens
Cōſiliū nāq3 ⁊ electio ſunt circa eandē
materiā q2 circa ea q̄ ſūt ad finē: ſȝ ꝯſiliū
ꝑcedit ⁊ electio ſeq̄t̄ cū eñ ꝯſiliabile eſt
actu īdicatū ſtatim pōt eligi. ¶ Inſuper
determīat ariſ. de volūtate vbi dicit ꝙ il
lud qḋ ē ꝑ ſe bonū ē ſimplr̄ volibile: ſed
ꝑ reſpectū ad hūc vel ad illū ē volibile il
lud qḋ ei videt̄ bonū eſſe. Volūtas nāq3
virtuoſi q̄ in oīb⁹ recte iudicat fert̄ in id
qḋ ē bonū ẜm ꝟitatē: voluntas ꝟo vi-
tioſi in id qḋ eſt bonū ẜm appārentiā ſicut
ille q̄ habet guſtū bñ diſpoſitū recte iu-
dicat de dulcedine ⁊ amaritudīe ciboꝝ
habētes aūt guſtū īfectū dulcia iudicāt
eſſe amara. Sic vniculq3 videt̄ bonū il-
lud qḋ eſt ꝯueniēs ſuo habitui: habitui
aūt virtutis cōueniūt illa q̄ ẜm veritatē
ſunt bona cū cōformet̄ recte rōni vt ptȝ
ex ei⁹ diffinitione ⁊ ideo ſtudioſus ſeu
virtuoſus in ſingul'oꝑabilib⁹ recte di-
laret. Dicuntur autem hiſtriones iocu=
latores ſeu geſticulatores qui diuerſos
geſtus hominum ſciunt repreſentare: q=
bus ſi ludis licitis vtantur iuſtum eſt da
re mercedem miniſterij eorum tribuēdo
et hoc moderate: qui vero ſuperflue ſua
in tales conſumunt vel etiam ſuſtentant
hiſtriones qui vtuntur verbis vel factis
ſeu ludis turpibus aut illicitis vel in ꝓ
ximi nocumentum vergentibus tales ꝓ
certo peccant eos in peccatis fouentes:
ſcdm Thomam in ſumma.q.1.c.18.ar=
gu.tertio. ¶ Comparat vlterius pro=
digum ad illiberalem dicens ꝙ prodi=
gus minus malus eſt ꝙ illiberalis pro
quia citius curabilis ē a ſuo vitio dupli=
citer: Uno modo quidem ex paupertate
que conſequitur communiter eius ſup=
fluam dationem. Alio modo ab etate qr
quanto magis quis accedit ad ſenectu=
tem tāto magis fit promptior ad retinē=
dum et tardus ad dandum. Cuius ratio
eſt hec: quia quāto homo magis ſeneſit:
tanto magis deficit et pluribus ſe de die
in diem indigere conſpicit. Eſt etiam ꝓ
digus minus malus ꝙ illiberalis qr ma
gis conuenit cum liberali. prodigus enī
libenter dat ⁊ non libenter accipit quod
etiam facit liberalis. Neutrum autē fa=
cit illiberalis. Prodigus etiam multis
prodeſt et multos diligit. Illiberalis au
tem nullum diligit neq etiam ſemetip=
ſum cum non ſit auſus que ſunt ſibi ne=
ceſſaria expendere.

## Capitulum.ij
## Illiberalitas.⁊c.

¶ Hic ponit Ariſtotiles mo
dos illiberalitatis Ad cuius
euidentiam Sciendum ꝙ il
liberalitas ⁊ auaricia poſſunt capi dupli
citer ſcz ſtricte et large. Cum enim libe
ralitas proprie ſtatuat menſuram in pe=
cunijs et maxime ſeu principaliter quo
ad ſumptus et dationem ipſarum ſcdm
vrbanam condecentiam. Iuſticia ve=
ro ſtatuit menſuram in pecunijs ſcdm ra
tionez debiti. Ideo illiberalitas proprie
ſumpta que opponitur liberalitati at=
tenditur in defectu decentis acceptiōis
pecuniarum et largitione et expenſione
decentis ipſaruz. ¶ Auaricia autē pro=
prie ſicut loquitur phus in hoc conſiſtit.
In acquiſitione et conſeruatione indebi
ta et illicita pecuniarum ſurripiendo vl
detinendo bona aliena: ⁊ ſic auaricia op

ponitur iuſticie: vt dicit Ariſtotiles. large autem ſumendo tunc vnum poteſt ſumi pro reliquo. Unde illiberalitas et auaricia hoc modo dicitur eſſe inmoderatus amor ſeu dilectio habendi: et poteſt eſſe vel peccatum veniale vel mortale. Si enim amor diuitiarum et bonorum temporalium ſit tātus ꝙ preferetur charitati: vt ſi propter amorem diuitiarum aliquis non veratur facere contra amorem dei et proximi: puta alienum iniuſte ſurripiendo ſeu detinēdo ſeu adhoc voluntatem deliberatam habendo: ⁊ ſic erit peccatum mortale. Si autem inordinatio amoris in hoc ſiſtat vt ſi homo quamuis ſuperflue et inaniter diuitias et bona temporalia congreget non tamē propter ipſas vellet aliquod malum perpetrare ſeu facere contra deum preceptorem ſuum ⁊ proximu ʒ: et illo modo capiendo auariciam eſt tantum peccatum veniale et de facili curabile.

## Contra predicta Arguitur

et videtur ꝙ auaricia non ſit peccatum aliquod: et hoc poteſt ita probari ſic: q: illa que naturaliter adueniunt non ſunt peccata. amor diuitiarum eſt huiuſmodi ergo ⁊c̄. Minor eſt euidens et maxime hoc videmus contingere in ſenibus: vt dictum eſt in precedentibus. Item adhuc alia ratione poteſt hoc probari ſic: amare illud per quod vita hoīs ꝯſeruatur non eſt peccatum: ſed per diuitias vita hominis conſeruatur: ergo ipſas amare non eſt peccatum. ¶ Reſponſio. Ad primum dicendum ꝙ inclinationes naturaliter ſunt regulande per rationem ꝗ tenet principatum in natura humana: ⁊ ideo amor diuitiarum ſiue bonorum temporalium ſiue in iuuenibus ſiue in ſenibus eſt per rectam rationem reguland⁹: vt ſi non inordinate ament eas indebite acquirendo vel conſeruando.

¶ Ad ſecundum eſt ita dicendum ꝙ amare illud per quod vita hominis conſeruatur non eſt de ſe malum nec peccatum: et ideo vſus diuitiarum de ſe non eſt malus ſed amor inordinatus et illicitus: et talis ad auariciam ſpectat.

¶ Aſſignat itaqꝫ Ariſtotiles duos modos ſeu ſpecies auaricie quam illiberalitatem vocat. Aliquis enim eſt auar⁹ dupliciter: Uel quia deficit in dando vel quia excedit in accipiendo. is qui deficit in dando ſi parum dat dicitur parcus: ſi nihil dat dicitur tenax. Excedit vero aliquis in accipiendo multipliciter ⁊ hoc ſic vel de turpibus lucrando vt lenones qui de meretricio viuūt. vel quia lucratur de eo quod gratis concedere deberꝫ ſicut vſurarij: vel ab amicis cum quibus comedit vel bibit: ſicut ſunt aleatores ⁊ huiuſmodi: aut mortuos ſpoliando: qui quondam ſeu peſtiuis temporibus magno apparatu conſueuerunt ſepulture tradi: ſeu viuis fraudem violentiam ſeu iniuriam inferendo: vt latrōes ſpoliatores: ⁊c̄: oēs iſti ſūt illiberales: Sūt naqꝫ turpes lucratores qui gratia parui lucri tam nepharios actus exercent quapropter obprobria merito ſuſtinent: ac maximis ſe exponunt periculis: vt quottidie videmus. Illi autē qui magna non vnde oportet ſeu que non oportet acciūt dicuntur et ſunt tiranni ciuitates ſpoliantes et ſacra predantes non ꝓprie dicuntur illibarales ſed magis pernicioſi impij et iniuſti: et hoc ideo quia illiberalitas ꝓꝑe eſt in paruis pecunijs.

¶ Cum autem auaricia ſit peccatum capitale ideo ex ipſa multa vitia oriuntur ſec̄m Gregorium que eius filie dicuntur ſcilicet proditio: fraus: fallacia: periuria violentia inquietudo: et contra miſericordiam obduratio. Unde verſus: Produnt fraus fal. per violans. obdurans ⁊ inqui. Quia nanqꝫ auaricia eſt ſuꝑfluus amor diuitiarum auarus in duobus excedit. Primo enim ſuperhabundat in recipiendo et ex hac parte oritur ex auaricia obduratio cōtra miſericordiā q: ſcꝫ

cor eius nunquam emollitur vt de diuitijs ſuis ſubueniat miſeris ac pauperibus et eorum neceſſitatibus: Et ad obdurationem poteſt reduci vſura.

¶ Vſurarius enim cor ita durum habet quod de mutuo eorum que dare deberet lucrum querit omni quo poteſt modo. Secundo ad auariciam pertinet ſuperhabundare in accipiendo: et ſic auaricia poteſt accipi vel conſiderari dupliciter. Uno modo ſcilicet quod eſt in affectu: et ſic ex auaricia oritur inquietudo magna inquantum ingerit huiuſmodi ſollicitudinem et curam ſuperfluam ac minime neceſſariam. Auarus enim teſte Sapiente non implebitur pecunia. Alio modo poteſt conſiderare in effectu: et ſic inquirendo alienum vtitur quandoque vi quod pertinet ad violentias vel rapinas. quandoque autem deceptiue vel dolo: qui quidem ſi fiat in verbo erit fallacia quantum ad ſimplex verbum: periurium autem ſi addatur confirmatio iuramenti. Si autem dolus committitur in opere: tunc aut quantum ad perſonas: et ſic eſt proditio: vt patet euidenter de iuda: qui per auariciam proditionem commiſerit in chriſtum et preceptorem etc. Quantum vero ad res erit fraus vel furtum.

Notandum inſuper quod aliud eſt peccatum habere ſpecies et aliud filias: licet aliquando ſpecies et filie in idem communicant: ſpecies enim vitij capitalis ad idem pertinent genus: Filie vero plerunque ad aliud genus cum vnum vitium ex alio oriatur: et vitium oppoſitum vni virtuti oritur ex vitio oppoſito alteri virtuti ſicut odium dei quod opponitur charitati oritur ex luxuria que opponitur caſtitati et periurium quod opponitur religioni oritur ex auaricia. Idem tamen aliquando poteſt poni filia et ſpecies eiuſdem vitij ſicut fraus vel furtum eſt filia auaricie cum ex ipſa oriatur et eſt eius ſpecies: cum ſub ipſa contineatur.

¶ Quia vero in precedentibus fuit tactum de vſuris et alijs propterea circa illa eſt aliqualiter inſiſtendum. Et primo de vſura. Committitur enim vſura in contractu mutui. Mutuare vero proprie dicit tranſlationem dominij. Eſt enim numiſmatis pro numiſmate in dominium datio ſecundum Petrum .xv. diſtinc. quarti ſententiarum. Extenditur tamen mutuum a doctoribus ad ea quorum vſus eſt ipſorum conſumptio vt eſibilia et potabilia: vel diſtractio vt pecunia. Eſt igitur vſura ſecundum Gaufridum: Quicquid ſorti accidit intranſitiue precedente vel pacto. licet autem ſors poteſt ſumi pro ſortilegio euentu vel fortuna hic tamen ſumitur pro capitali.

Notandum quod ſola ſpe vel expectatione committitur vitium vſure: extra de vſuris. c. conſuluit. quod eſt intelligendum cum fit mutuum principaliter cauſa lucri vel emolumenti ita quod talis alias non eſſet mutuaturus. Si autem mutuatur non principaliter ad mutuandum propter lucrum ſed ob charitatem et dilectionem ſecundario tamen ſperat de aliqua retributione non committitur vſura. ¶ Eſt autem vſura peccatum mortale cum ſit contra ius diuinum. Unde ait Pſalmiſta: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. etc. Poſtea qui pecuniam ſuam etc. quaſi dicere ſi dederit pecuniam ad vſuram non habitabit in tabernaculo dei. Hanc multum abhorrere debet quilibet chriſtianus cum etiam gentilibus tempore Ariſtotilis eſſet turpis et obprobrioſa. vt patet ex precedentibus. ¶ Circa vſuras poſſunt alique oriri dubitationes: Et primo an ſit ſemper vſura vti pignore pro debito ſibi obligato? Reſpondetur ſecundum Thomam quod ſi quis pro pecunia ſibi mutuata obliget rem aliquam cuius vſus precio eſtimari poteſt debet ille qui mutuauit computare vſus rei in eſtimatione eius quod mutuauit: alioquin idem eſt ac ſi pecuniam reciperet pro mutuo quod eſt vſura niſi forte eſſet talis res cuius vſus ſine precio ſoleat concedi inter amicos: ſicut patet de libro accomodato. Quid ſi venditi

ꝑdium tali cõditione adiecta vt quãdo-cunqꝫ ſoluatur precium a me vel ab herede meo rehabeam prediuꝫ ego vel heres meus vel vſqꝫ ad tot vel tot annos poſſim rehabere ſoluto precio nunquid eſt vſurarius contractus. Reſpondet ſm Raymũ. quod non: ſed emptor facit fruct⁹ ſuos ſine periculo vſure licet venditor iuxta venditionis formam poſtea recuperet predium: et hoc intelligas niſi in fraudem vſurarum facta fuerit talis venditio quod preſumi poteſt ex eo quod eſt modicum precium reſpectu valoris rei vel ex eo quod aliquid perſoluitur vltra ſummam receptam puta fuit venditũ pro centum ⁊ eſt in pacto quod ſi reſcinditur venditio. reddantur .C.xx. Extra de pigno illo vos cõcordat Hoſtien. et Ray. ¶ Vlterius circa predicta notandum quod ſunt aliqui caſus in quibus vltra capitale licet aliquid recipere quorum vnus eſt ratione pene conuentionalis dum tamen non fiat in fraudem vſurarum Verbi gratia indigeo pecunia mea ad mercandum ⁊ concedo tibi eam vſqꝫ ad certum diem adiciens penam conditionalem quod niſi tali die ſoluas quia multum damnificabor ſolues tantum vltra hec pena adiecta licita eſt quia licet me ſeruare indemnem puniẽdo eum cũ quo ſic cõtraho. Signum autem quod non fit in fraudem vſurarum ſm Scotum quãdo creditor magis vellet die prefixo pecuniam ſibi ſolui quam in craſtino cum pena adiecta. Et per oppoſitum fit in fraudem vſurarum quando vult potius diem tranſiri quam pecuniam in ipſo die ſolui. ¶ Alius caſus eſt propter intereſſe ſiue vitationem damni debitor enim ex cuius non ſolutione creditor nõtabiliter damnificatur tenetur de iuſticia ſatiſfacere creditori: et licet ille creditor non haberet contra eum actionem in foro exteriori vtpote quando non ſunt pacta vel munimẽta tamen in foro conſcientie debitor tenetur vltra ſortem ad intereſſe ⁊ ſic de alijs caſibus. ¶ De ſecundo autem ſcꝫ alee ludo ſciendum quod talis ludus proprie dicitur ludus taxillorum large tamen ſumitur pro omni ludo qui innititur fortune viribus. Prohibetur vero talis ludus a iure ciuili ⁊ a iure canonico ne. ſ. fiat in pecunia ſeu ex cupiditate. Iure quidem ciuili. ff. de aleatoribus: Et in autentica de ſanctis epiſcopis. §. interdicimus. Iure autem canonico prohibetur .xxxvj. diſtinc. epiſcopus vbi ſic habetur. Epiſcopus aut preſbyter aut dyaconus alee aut ebrietati deſeruiens aut deſinat aut certe damnetur Subdyaconus autem aut lector aut cantor ſimilia faciens aut deſinat aut cõmunione priuetur ſimiliter et laycus.

Notandum etiam quod deſeruire cõſuetudine importat: qui igitur tali ludo ex cupiditate deſeruit ſeu in conſuetudinem ducit mortaliter peccat cum tales pene nõ ſunt inponende niſi pro graui crimine. xj. q. iij. nemo ⁊ ca. nullus. Sec⁹ ãt eẽt ſi quis aliunde non ex cupiditate ſed propter recreationem ſeu cauſa tedij vel triſticiam effugandi luderet hoc modo ludere non eſt prohibitũ ſm Richardũ xv. diſtinc. quarti ſentẽtiaruꝫ: ⁊ in quot libe. vnde. ff. de alea lege vltima. talis ludus conceditur pro cõi conuiuio faciendo et ille qui hoc modo in illo ludo lucratur non tenetur ad reſtitutionem maxime quando ille qui amittit notabiliter non damnificatur ſed in re modica per comparationem ad ipſum. quod propter h° dico quia aliquid eſſet modicuꝫ diuiti quod eſſet multũ pauperi. Sed de illo qui lucratur ludo taxillorum eodem modo quo eſt prohibitus. dicit quidem quod tenetur ad reſtitutionem quod probatur dupliciter Vno modo quia non tantum prohibetur ille ludus ſed etiaꝫ acquiſitio lucri per talem ludum: vt. ff. de alea lege vltima. Vnde ſm leges poteſt repeti vſqꝫ ad quinquaginta annos illud quod amittitur in ludo alearum: ergo ille qui per talem lucratur reſtituere tenetur. ¶ Item vt dicit ariſtotiles

in precedentibus aleator eſt illiberalis: ſed illiberalis eſt qui retinet danda: ergo illud qd homo lucratur per ludum alearum non eſt retinendum ſed dandū ſed iſta opinio videtur mihi nimis dura. ¶ Ad argumēta autem dicitur: Ad primum dicit Rich. quod procedit de illis que ſubſunt legibus imperialibus de huiuſmodi dicit Thomas in ſumma q. 32. ar. decimo q ius ciuile non obligat omnes ſed eos tantum qui ſunt his legibus ſubiecti. Et iterum per diſuetudinem abrogari poteſt & ideo non ligat in illis locis in quibus viget contraria conſuetudo. Scotus vero i quarto ſententiarum diſtinc. xv. dicit q illa lex allegata non ligat niſi illos qui viuēdo politice ſūt ſub lege imperiali qui forte nulli ſunt hodie quia vbi precipue illa lex conſueuit habere locum municipalia preiudicant. Ad ſecundum dicitur q non ſolum dicitur illiberalis qui retinet dāda ſed etiā q turpiter lucratur & ſic pōt aleator illiberalis dici qui lucratur his cum quibus comedit & bibit non autem omnis qui turpiter lucratur tenet ad reſtitutionem eorum que ſic lucratur: vt patet de meretrice que tamen mortaliter peccat meretricando. Nota tamen q illi qui ludo fraudem committunt vel qui lucratur ab his qui rem ſuam alienare non poſſunt ſeu rebus ſuis prouidere vt ſunt pupilli furioſi ceci ſurdi perpetuo morbo languidi & ſic de aliis: Qui etiam alios ex cupiditate lucrandi per vim aut per nimiam importunitatem vel doloſe ad ludum trahunt tenentur ad reſtitutionem ſm communem opinionem doctorum. Talium nam retentio videtur eſſe illicita ex iure diuino ſm tho.

## Ca. III

# Idetur vtiq3 &c.

¶ Superius determinauit ariſtotiles de liberalitate: hic conſequenter de magnificētia & primo manifeſtat eius materiam in generali dicens q Magnificentia videtur eſſe circa pecunias circa quas eſt liberalitas vt viſum eſt ſupra qua propter conuenientiam harum virtutum in materia videtur eſſe rationale q poſtq̄ actū eſt de vna agatur de alia etiam. ¶ Deinde etiam manifeſtat materiam magnificentie in ſpeciali dicens q hee virtutes ſe habent differenter circa pecunias q liberalitas ſe extendit ad omnes operationes que ſunt in pecuniis ſiue ſint magne ſiue ſint parue ſiue ſint acceptatiões ſiue dationes ſiue expenſe: Magnificentia autem non eſt niſi circa ſumptuoſas operationes. Eſt enim circa magnitudinem ſumptuum in ordine ad aliquod magnum peragendum & hoc ſignificat nomen eius. Unde magnificentia dicitur quaſi magni efficientia & in hoc ſuperexcellit magnificus liberalem. Ex hoc infert ariſtotiles q omnis magnificus eſt liberalis ſed non econuerſo.

Notandū ad euidētiā predictoꝝ q virtus habet aliam difficultatem ex ipſo genere rei circa quod eſt et aliam difficultatem ex magnitudine ipſius rei. Et ideo circa vſus pecunie oportet eſſe duas virtutes quarum vna ſcilicet liberalitas reſpicit cōmunez vſum pecunie alia vero ſcilicet magnificentia reſpicit magnum in pecunie vſum. Unde vſus pecunie pertinet ad liberalitatē inquantum moderatur ei⁹ inordinatum affectum: ad magnificentiam vero in ordine ad aliquod magnum faciendum ſic liberalis dat vt recte et decenter pecunia vtatur: magnificus vero vt aliquid magnum operetur.

Declarat cōſequenter Ariſtotiles q̄modo magnificentia medietatem & medium tenet in magnis ſumptibus dicēs q magnificus ſimilis eſt ſcienti: Nam ſicut artifex ſapiens cognoſcit proportio

141

nem expenſarum ⁊ eius in quo fiunt expenſe ſic et magnificus proportionē debitam debet attendere inter ſuas expenſas ⁊ ea in quibus expendit. Unde ibi eſt attendenda dignitas perſone expendentis ⁊ genus operis. Sumptus nam ꝙ non dicitur magnus ꝑ reſpectum ad regem qui eſt magnus per comparationem ad comitem vel baronem. nec ſunt idem ſumptus fiendi in conſtructione domus regie ⁊ perſone priuate: Debet etiam magnificus huiuſmodi ſumptus facere propter bonum finem ⁊ quomodo et quando oportet ⁊ ſic de alijs circumſtantijs: ⁊ ſic in magnis ſumptibus tenebit medium regule recte rationis: Debet etiam magis attendere ad bonitatem et decentiã ſui operis ꝙ ad quantitatem expenſarũ operis: ⁊ ideo prompte ⁊ delectabiliter debet expendere ſine inutili computatione quod patet ad paruificos. Cum etiam magnificentia principaliter reſpicit magnitudinem operis magnitudinem vero ſumptus non reſpiciat niſi in ordine ad magnitudinem operis non ab equali ſumptu magnificus faciet opus magis ſumptum admirabile ꝙ quicunqꝫ non magnificus.

¶ Quia vero magnificentia reſpicit ſũptus in ordine ad aliquod magnum cõſequenter exprimit ariſtotiles que ſunt illa magna circa que intendit magnificus dicẽs ꝙ talia ſũt multiplicia. Quedam enim ſunt que pertinent ad honorem diuinum vt edificatio templorum ⁊ ſacrificia que in ipſis fiunt. Quedam vero ad bonum commune puta ꝙ aliquis ad illud quod eſt vtile toti ciuitati preclare ⁊ magnifice largiatur ⁊ in his perficiendis eſt conditio attẽdenda operantis ſcḋm eius poſſeſſiones ⁊ diuitias. Et ideo dicit ariſtotiles quod inops et pauper non erit magnificus quia non habet vnde multa poſſit decenter conſumere et talia temptando reputabitur inſipiens.

Circa quod notandum ꝙ ariſtotiles non negat quin pauper effici poſſit magnificus licet enim pauper careat pecunijs cum virtus ſit habitus electiuus ex frequentibus electionibus operum magnificorum ſi facultas adeſſet poterit in eo generari habitus magnificentie. Sed vult dicere ariſtotiles ꝙ non generabitur in eo talis habitus per operationes exteriores cum ei deſint pecunie ad tales ſumptus faciẽdos nec etiam niſi tãto generabitur per act⁹ interiores quia homo non frequenter elicit de communi curſu actus volitionis circa ea que ſibi videntur impoſſibilia. Ut enim dicit Augu. illud quod nõ videtur alicui poſſibile aut non aut tenuiter vult. Et ideo notãter dicit ariſtotiles quod inops non erit magnificus propter rationes ſupradictas non tamẽ negat quin poſſit eſſe. Eſt autē magnificentia maxime circa predicta ſcꝫ diuina ⁊ communia negotia.

Deinde dicit Ariſtotiles ꝙ poteſt etiam eſſe circa propria vel circa illa que ſemel accidũt ſicut ſunt nuptie vel circa illa que ſunt diuturne durationis vt in edificijs domorum et caſtrorum ⁊ circa illa non eſt magnificẽtia ita ſicut in premiſſis quia magnificus non eſt in ſeipſo ſumptuoſus: ſed maxime circa communia et diuina.

Ulterius dicit Ariſtotiles ꝙ in ſingulis generib⁹ rerum nobilium ⁊ honorabilium opus decens illi rei faciet: nõ enim congruit facere idem ad honorem dei ⁊ ad honorem hominis nec idem pro templo ⁊ ꝓ ſepulchro. Dicit inſuper ꝙ differt magnum in opere ⁊ in ſumptu quia ſpera id eſt pila ſi fiat pulcherrima habet quidem magnitudinem et magnificentiam puerilis doni in opere non tamẽ in ſumptu qꝛ preciũ non eſt ſumptuoſum īmo paruũ ⁊ ſi preciũ dareꝫ puero nobili illud

eſſet donum illiberabile. et per ↄſequẽs non magnificentie quare non ſemper ſe ↄ̄quitur magnitudinem operum magnitudo ſumptuum. Sic multum intereſt inter date iocalia magnifica et ipſorum precium: ubi enim precium eſt modicū iocalia poterunt eſſe precioſa et magnifica quia rara vel noua vel numerabilia.

¶ Conſequenter dicit ariſtotiles de vitijs magnificẽtie oppoſitis que ſūt duo ſcꝫ bānanſia et paruificentia. Eſt autem bannauſia idem quod incendium. Unde ille qui ſuperhabundat in magnis ſumptibus dicitur bānauſus quaſi infornacis incẽdio bona ſua conſūmens qui quidem excedit magnificentiam nō ſemper in abſoluta ſumptuum quantitate ſed quia non expendit ſm debitam proportionem nec ſm debitas circumſtantias vt ſi q̄s facit nuptialia et conuiuia hiſtorionibus aut purpura viam quā tranſiturus eſt tegit: et omnia talia peragit: non propter bonum finem: ſed propter diuitiarum oſtẽſionem ex his exiſtimās admirari. Talis etiam vbi oportet multa exponere pauca expendit vbi ꝟo pauca oportet expendere multa conſumit.

¶ Paruificus vero circa omnia deficit cuius ſunt tres proprietates. Quarum prima eſt ꝙ quandoq; licet magnos ſūptos faciat tamẽ pro modico totum perdit. Secunda ꝙ quicq̄d facit cum quadam tarditate expendit. Tertia ꝙ ſemper tendit qualiter minimum poſſet expendere: hinc eſt ꝙ quicq̄d expendit facit cum triſticia ſemper exiſtimans maiora facere ꝙ̄ oporteat: licet autem iſta duo contrarientur virtuti cum a medio recedant non tamẽ ſunt opprobrioſa cum non inferant proximo nocumentū nec ſint in ſe multum turpia.

## Ca. IIII

## Magnanimitas autẽ

¶ Poſtquā ariſtotiles determinauit de virtutibus exiſtentibus circa diuitias: hic determiāt de magnanimitate que eſt circa honores. Circa quod primo ex ratione magnanimitatis inueſtigat eius materiam dicens ꝙ apparet aliq̄d ex nomine magnanimitatis quod cōſiſtit circa magna vnde magnanīitas dicitur quaſi ad mḡ animoſitas. Ad videndum ergo circa qualia ſit magna dicit ꝙ nihil differt loqui de magnanimitate et de magnanimo: quia vnum per aliud datur intelligi: magnanimus qui dignus exiſtens dignificat ſeipſū magnis ſiue dignum facit ad magna: videlicet ad magna honore digna rendendo et ſe talibus exponendo pata ad ſtatum vel officium magnum cuius adminiſtratio virtute indiget per maxima ſeu ad opus magnum et difficile vt ſi quis cum pericula mortis conſtanter aſſurgat ad redarguendum vitia principum magnificentie. Tunc enī virt⁹ dignificat magnificat ornat et auget. Ille vero qui nō ē dign⁹ magnis et ſeipſum reputat dignum et ad illa conatur non eſt magnanimus ſed inſipiens vel ſtultus et talis dicitur caymus vel ventoſus ſeu preſumptuoſus. Ille vero qui eſt dignus paruis et his contẽtus ſeipſū puis dignificat poteſt dici temperatus accipiendo temperantiam large. i. animo moderatus. Talis autē non eſt magnanimus cum nō habet animi magnitudinē. Et ſuper hoc dat exemplum Ariſtotilis de pulchritudine que non eſt niſi in magno corpore: ꝙ̄uis enim homines parui poſſunt eſſe homines formoſi qui a decẽter lineati ſeu cōuenienti figura formati et commenſurati ſm humanorum et membrorum debitā proportionem tamen proprie non poſſunt dici pulchri: quia pulchritudo vltra predicta requirit in corpore magnitudinē. Sic magnanimitatis vltra morum moderationem que dicit quādam animi formoſitatem requirit animi magnitudinem.

¶ Deīde remouet ariſtotiles qādā dubiū: poteſt enī quis dubitare ꝙ magnīītas nō ſit virtus cū virtus cōſiſtit in medio: magnīmitas aūt ē circa maxīa. Ad

qd̄ rn̄det q licet magnitas conſiſtat cir
ca extremū ſcdm quātitatē rei in quātū
eſt circa magna tn̄ eſt in medio ſm ratio
nem qꝛ ad illa magna magis tēdit ma-
gnanim⁹ vt optet ꝛ ſcdm q recta ratio
dictat. vn̄ dicit q magnanim⁹ magnitu
dine q̄dē eſt extrem⁹ ſꝫ vt optet medius
Eſt nāqꝫ medi⁹ inter extremū q̄ ſe ipm di
gnificat pluſq optet ꝛ ſe puſillaninē q̄
ſe dignificat min⁹ q optet. Ex p̄miſſis
īfert ariſ. materiā circa quā verſat mag
nimitas: cū eīm magnanim⁹ magnis ſe
ipm dignificet dign⁹ exiſtēs ꝯuenlēs ē
qd̄ maxime maximis ſe dignificet: maxi
mū aūt inter hec bona exteriora qb⁹ vir
tuoſus eſt dign⁹ eſt honor qd̄ ex hoc pꝫ
qꝛ illud eſt maximū qd̄ deo ab oībus de
bet ꝛ q in optimis eſt p̄miū. Tale aūt
e ſt honor qui ē quedā virtutis teſtifica
tio magnimitas igit circa honores ꝛ in
honorationes verſat q̄bus magnanim⁹
videntur optime ꝛ vt oportet. ¶ Circa qd̄
notandū q magnanim⁹ ſi honoret non
extollit ꝛ ſi inhonoret nō frangit nō eīm
tendit ad magna ꝛ ad honorabilia ꝓpt
ſui exaltationē ſed ad dei gloriā ac ſui ꝛ
proximorū in bonū ꝓmotionē: vn̄ ſi ve-
lit honorem famā vel laudē ad hoc vult
vt de⁹ glorificet in ipo vel vt bonū aſpi-
cientis que ex hoc aīat ad ipm imitādū
aut vt bonū honorantis vt ſi faciat debi
tū ſuū. Sed cōtra p̄dicta arguit duplici
ter. Et primo videt q magnimitas nō
ſit virtus qꝛ nulla virtus opponit alteri
virtuti: ſed magnanimitas opponit hu-
militati: qꝛ magnanim⁹ ſeipm reputat
dignū magnitudinis: hūilis vero ſeip-
ſum puipēdit: ḡ magnimitas nō eſt vir
tus. Item videt q magnimitas non ſit
circa honores: qꝛ cū magnimitas ſit vir
tus moralis optet q ſit circa paſſiōes vl
operationes: nō eſt aūt circa opatiōes qꝛ
ſic eſſet ps iuſticie: ḡ circa paſſiones ho
nor nō eſt paſſio: ḡ magnimitas nō ē cir
ca honores. Rn̄det ad primū q magna
nimitas nō opponit humilitati lꝫ eīm vi
deāt tendere in cōtraria hoc tn̄ ſm di-
uerſas ꝯſiderationes. Magnanimitas
eīm facit q aliquis ſe dignificet magnis
ſm ꝯſideratiōnē donoꝝ que poſſidet ex
deo. humilitas aūt facit q hō ſeipm ꝑui
pendat ſm cōſiderationē ꝓprij defect⁹
que cōpetit ex infirmitate nature. Ad ſe
cūdū dico q lꝫ honor nō ſit paſſio eſt tn̄
alicui⁹ paſſiōis obiectū ſcꝫ ſpei q̄ tēdit
in bonū arduū: ꝛ ideo magnanimitas ē
quidē inmediate circa paſſionē ſpei me
diate aūt circa honorē ſicut circa obiectū
ſpei ſicut fortitudo ē circa pericula mor
tis inquātū ſūt obiectū timoris ꝛ auda-
cie. Q aūt magnanimitas īmediate mo
deret ſpem ꝛ deſperationē ꝓbat: qꝛ oīs
virtus īmediate moderat illas paſſiōes
ꝑ quas īmediate itur in vitia oppoſita
illi: ſed ꝑ ſpem exceſſiuā inmediate itur
in p̄ſumptionē exceſſus namqꝫ ſpei facit
hominē tendere ad illud qd̄ ē ſupra ei⁹
facultatē ꝛ ſufficientiā. Per deſperatio
nē etiā imediate itur in puſillanimitatē
cū deſperatio facit hoīem diſcedere ab
operib⁹ bonis ad quas eſt ſufficiēs ꝛ di
gnus: hec aūt vitia ſunt īmediate oppo
ſita magnimitati q̄re ipa īmediate mo-
derat ſpem ꝛ deſperationē. ¶ Deinde
ari. declarat quō magnanimitas ſe ha-
beat ad alias virtutes dicēs q cū mag
nim⁹ magnis ſeipm dignificet dignus ex
iſtens optet q ſit vere bonus ita q oēs
virtutes habeat alias eīm non eſſet ma-
gnis bonis dign⁹ ꝛ ſic nō eſſet dign⁹ ho
nore qui eſt p̄miū virtutis. Nullus eīm
prauus eſt honore dign⁹. Itē ille habi-
tus includit eſſe magnū in omni ꝟtute
qui eſt ornat⁹ virtutis: ſed magnanimi-
tas eſt hm̄oi cū ceteras virtutes malo-
res faciat quare ipa iportet ꝛ includit
eſſe magnum in omni virtute. ¶ Notan
dum tn̄ q lꝫ magnanimitas p̄ſupponat
alias virtutes ꝛ ad magnimitatē ꝑtineat
eſſe magnū in qualibet virtute magni-
mitas tn̄ eſt virtus ſpecialis cum diſtin
guat ꝑ ariſ. a ceteris. Confirmat qꝛ illa
virtus eſt ſpecialis ꝛ nō generalis q̄ po
nit modū rōnis circa determinatā mate
riā: ſed magnanimitas eſt hm̄oi qꝛ circa
honores: ḡ eſt virtus ſpecialis ſm ſe cō

ſiderata. Quia vero honor ē cuiuſlibet
virtutis p̄miū ideo ex ↄſequēti rōne ſue
materie reſpicit oēs virtutes inquātū
nam̄qꝫ tendit ad ea que ſunt digna ma-
gno honore intēdit magna opari in qua
libet virtute: licet etiā qlibet virt⁹ habe
at quēdā decorē ſeu ornatū ex ſua ſpecie
ſupaddit tū ali⁹ ornat⁹ ex ipa magnitu
dine opis virtuoſi p magnanimitatē q̄
oēs virtutes maiores facit. Hinc eſt ꝙ
ad magnimitatē ptinet act⁹ aliarū vir-
tutū nō ſm eā rōnē qua ſunt act⁹ illarū
virtutū: ſed inquantū habēt rōnē cuiuſ-
dā excellentie: ⁊ ſic dicit ariſ. ꝙ ad ma-
gnanimū ptinet nō fugere cōmouentez
qd eſt act⁹ humilitatis vel prudētie ne
qꝫ facere iniuſta qd eſt act⁹ iuſticie: ⁊ ſic
de alijs. Unde magnanim⁹ nulli⁹ gra-
tie turpia opabit cū nihil ſit ſibi magna
nimū i his bonis extrinſecis cuiuſmodi
ſunt honores potentat⁹ ⁊ diuitie. ¶ Cō
cludit igit ariſ. ex p̄dictis ꝙ difficile eſt
hoīem eſſe magnimū cū nullus ſit mag-
nim⁹ niſi habeat oēs alias virtutes q̄d
eſt valde difficile. Deinde oſtendit quō
magnanim⁹ circa ꝓpriā materiā opat
dicens ꝙ ſi ei magni exhibeāt honores
in ipis delectabit moderate attēdēs ꝙ
nullus honor exhibit⁹ eſt cōdignū p̄mi
um virtutis. Notandū p̄miū ↄdigni vir
tutis eſt vltim⁹ finis: honor aūt ab hoīe
exhibit⁹ eſt qdā p̄miū virtutis acciden
tale qd eſt quedā ipi⁹ virtutis teſtifica-
tio: honor nāqꝫ non eſt premiū virtutis
quo ad ipſum virtuoſum: vt ſcꝫ hoc pro
p̄mio expetere debeat ſꝫ p p̄mio expetit
beatitudinē que eſt finis virtutis. Dicit
autem eſſe p̄mium virtutis ex pte aliaꝝ
que nō habēt aliqd mai⁹ qd virtuoſo re
tribuāt ꝙ honorē qui ex hoc ipo habet
magnitudinē ꝙ phibet teſtimoniū vir-
tuti: Si etiā magnanim⁹ inhonoret h⁰
paruipendet attendens inhonoratione
ſibi iniuſte fieri: In minorib⁹ aūt bonis
circa que magnimitas nō principalit ſꝫ
ſecundario habet eſſe cuiuſmodi ſunt di
uitie ⁊ alia bona fortune delectabit mo-
derate neqꝫ ei ſupflue gaudebit ſi ſit be-
ne fortunat⁹. Neqꝫ ſupflue triſtabit ſi in
fortunia patiat. hoc aūt ſequit ex p̄miſ-
ſis. Si eīm in honorē qd eſt bonū maxi-
mū inter hec bona extrinſeca nō ſupflue
delectāt ſed ipm honorez pnū exiſtimat
multomagis cetera bona pnipendet nec
in eis ſupflue gaudebit. ¶ Deinde po-
nit ariſ. quādā ſimilitudinē inter habē-
tes bona fortune cuiuſmodi ſunt ptātus
⁊ diuitie ⁊ magnanimū: qꝛ vterqꝫ alios
deſpiciūt ⁊ cōtēpnūt. differūt tñ qꝛ habē-
tes eīm bona fortune alios iniuſte cōtēp
nūt: puta pauperes ſeu virtuoſos viros
exiſtimātes ſeipos ſupexcellere: ⁊ hoc
ideo qꝛ ſine virtute nō eſt facile modera
te ferre bonas fortunas ſeu reſiſtere paſ
ſionib⁹ p bonas fortunas inductis ⁊ eis
bene vti. Magnanim⁹ vero quos cōtē-
nit iuſte cōtēpnit. ¶ Circa ꝙ notādū ꝙ
cōtempt⁹ quo magnanim⁹ aliquos cōtē
pnit nō ꝓuenit ex inflatione ſupbie cum
magnanimitas p̄ſupponat humilitatem
ſicut ⁊ ceteras virtutes: vt dictū eſt in p̄
cedentib⁹: vnde ſancti viri ⁊ p magna-
nimitatē quoſdā cōtēpnūt ⁊ p humilita
tē alios honorāt: p magnanimitatē nā-
qꝫ aliquos cōtēpnūt ſm ꝙ deficiūt a do
nis dei ſic ꝙ nō tm̄ ipos appciant ꝙ ꝓ
eis aliquid indecēs ⁊ iniuſtis faciant vt
ptꝫ de martiri[illegible] minas hoīm cōtēpnē-
tibus p humilitatē vero alios honorant
⁊ ſuperiores eſtimant: inquātum aliqd
in eis de donis dei reſpiciunt. Unde in
in pſalmo dicitur de viro iuſto: Ad nihi
lum deductus eſt in conſpectu eius ma
lignus quod pertinet ad contēptum ma
gnanimi. Timentes autem dominum
glorificant quod ptinet ad honorem hu
milis.

Ca. V

Non eſt autem ⁊c.

n ¶ Hic cōſequenter ponit ari
ſtotiles ꝓprietates magnani
mi. Et primo penes pericula dicens ꝙ
magnanimus non exponit ſe periculis
pro paruis rebus cum ipſas modico ap
p̄cietur Sed pro magnis rebus defen-

deudis vel aſſequendis vt pro fide ꝓ iu
ſticia ⁊ republica: ⁊ in talibus non par-
cit vite: magis eñi eligit moriendo con-
ſequi magna bona q̃ his viuendo care
re. ¶ Deīde ponit proprietates magna
nimi quo ad exteriora beneficia dicens
ꝙ magnanim⁹ promptus eſt ad benefa
ciendū alijs ſed verecundat̃ ab alijs be
neficia accipere quia benefacere eſt ex-
cellentis ⁊ beneficiari eſt exceſſi: magna
nimus aūt ſemꝑ ad hoc intendit vt exce
dat alios ⁊ hoc in bono. ¶ Eſt etiam me
mor datorum beneficiorum ⁊ inmemor
acceptoꝝ cuius ratio eſt nō ꝙ velit eſſe
ingratus beneficij accepti quin potius
eſt gratiſſimus retributor: ſtudet eñi vt
maiora retribuat q̃ acceptat: nec etiā ꝙ
velit inaniter gloriari ſuper dato bñficio
pl⁹ eñi diligit bonum opus q̃ honorē in
operis: ſed ratio hui⁹ eſt quia cum ī vir-
tute vellet excellere vult ⁊ ī memoria ha
bere qualiter excellat. Ex his ſequit̃ ꝙ
magnanimus delectabiliter audit ſe be
nefeciſſe alijs: indelectabiliter aūt au-
dit ſe recepiſſe ab eis. Per cōparationē
autē ad honores ſimit̃ alia eius ꝓprie-
tas que ē ꝙ ad magnanimū ꝑtinet vt ſe
magnanimū ⁊ honorabilē exhibeat ad
illos qui ſunt in dignitate ⁊ excellentia
cōſtituti: ſed ad mediocres mediocre cu
ius ratio eſt: quia virt⁹ ſemꝑ nitit̃ ad id
qḋ eſt difficile ⁊ honorabile. Excellere
aūt bonos viros ⁊ magnanimos eſt dif-
ficile ⁊ honorabile: ſed mediocres excel-
lere. eſt facile ⁊ non multū honorabile
videlicet a ſimili de illo qui ꝯtra inbecil
les ſe fortem exhibet ⁊ viros robuſtos
aggredi nō audet: ꝓbet aūt ſe magnani
m⁹ magnū apud magnos non in ordi-
ne ad reuerentiam recipiendam ſed in
ordine ad magnas operationes pagen
dum. ¶ Deinde ponit ariſtotiles pro-
prietates magnanimi per cōparationē
ad humanos actus quarū prima eſt ꝙ
magnanimus eſt piger ⁊ ocioſus quod
eſt intelligendum non realiter ſed appa
renter: quia ſcʒ nō ſe ingerit multis ne-
gotijs ſed ſolum inſiſtit illis qui perti-
nent ad ad aliquod magnum. quia vero
magna non ſunt tā frequentia ſicut par-
ua ideo videtur eſſe ocioſus ſeu pauco-
rum operatiu⁹. Secunda proprietas ꝙ
magnanimus in amore vel odio non eſt
latens vel occultus ſed patens et mani
feſtus: latere namqꝫ in amore vel odio
eſt hominis timidi cuiuſmodi nō eſt ma
gnanim⁹ ⁊ ideo non timet dicta ſua vel
facta propalare.

¶ Si arguit̃ ꝙ hec ꝓprietas magnani
mi non ſit bona quia ex tali ꝓpalatione
dictorum vel factorū poſſunt aliqui ſcā-
dalizari Reſpondetur ꝙ dicta vel facta
magnanimi que eſt in virtutibus perfe-
ctus non ſunt talia ꝙ ex his debeat ali-
quis offendi ⁊ ideo nō debet timere ipa
propalare cum illa propalatione non ꝓ-
beat actiue ſcandalum.

Ad cuius euidentiam ſcien
dum ꝙ ſcandalum eſt duplex ſcʒ actiuū
⁊ paſſiuum. Scandalum actiuum eſt di-
ctum vel factum minus rectum ꝑbens
alicui occaſionem ruine ⁊ dicitur minus
rectum illud quod eſt de ſe malum vel
quod habet ſpeciem ⁊ ſimilitudinē ma
li. Scandalum paſſiuum eſt cum quis
ex dicto vel facto alterius cadit in pec-
cato veniali vel mortali.

Item notandum ꝙ ſcādalū acti
uum eſt occaſio peccandi alteri duplici
ter ſcilicet per ſe ⁊ per accidens: per ſe
quidem quando aliquis ſuo malo ver-
bo vel facto intendit alium in peccatū
inducere. Et ſi quidam intendat indu-
cere ad peccandum mortaliter eſt pecca
tum mortale. Per ſe etiam aliquis pro
ximum ſcandalizat licet non intēdat eū
inducere ad peccatum quando ipſum fa
ctum de ſe eſt tale ꝙ de ſui ratione ha-
bet vt ſit inductiuum ad peccandum pu
ta cum aliquis publice peccat. Per ac-
cidens autem factum vel dictum vnius
eſt alteri occaſio peccandi quando pre-
ter intentionē opantis ⁊ ꝑter ꝯditionē
opis aliqs male diſpoſit⁹ ex huiōi ope

inducit ad peccandū puta cū aliq̄s inui-
det bonis aliorum ⁊ tūc is qui facit hu-
iuſmodi actū nō dat occaſionē quātū in
ſe ſed ali⁹ ſumit vñ eſt ibi occaſio acce-
pta nō data: poſſet tñ hmōi ſcandalū eē
peccatū veniale: puta cū aliquis cōmit-
tit actū qui nō eſt ſcđm ſe peccatū ſꝫ ha-
bet ſpēm mali cū aliqua leui indiſcretio
ne: poteſt etiā eſſe mortale puta cū aliq̄s
ſic cōtēpnit ſalutē ꝓximi vt ꝑ ea ſeruā-
da nō pretermittat facere qđ libuerit ſi-
bi. Item notandū ꝙ licet ea que ſunt đ
neceſſitate ſalutis nō ſunt ꝑtermittenda
ꝓpter ſcandalū qꝛ nullus debet morta-
liter peccare ꝓpter malū alteri⁹ vitādū
Illa tñ que nō ſunt de neceſſitate ſalu-
tis ſunt aliqñ occultanda vel differēda
ꝓpter ſcandalū puſillorū qđ ꝓcedit ex
infirmitate vl' ignorātia ⁊ nō ex malicia
euitandū ꝓpter qđ etiā ſunt omittenda
opa que ſunt in dr̄a ex gñe vt carnes cō
medere vinū bibere tempalia acquirere
Ita ꝙ ſi ꝓbabiliter videat ꝙ in ꝓximis
ſcandaliſet mortaliter: omiſſio eſt in ꝑce
pto ſi venialiter in cōſilio quouſq₃ rōne
reddita hmōi ſcandalū ceſſet: poſtq̄ aūt
eſt debite oñſ ꝓximo qđ inde nō debet
ſcandalizari nō tenet homo talia omitte
re: ⁊ ſi exinde ſcādalizet illud erit ex ma
litia. Scandalū aūt qđ ꝓcedit ex mali-
tia: eſt ꝯtempnēdū: eſt eñ ſcandalū pha
riſeorū qui ſcandalizabant de doctrina
chriſti de quib⁹ dicit dñs: Sinite eos
qꝛ ceci ſunt. vnde ꝓpter tale ſcandalū
nō ſunt ſpiritualia vel tpalia omittēda
hoc eī noceret bono cōi: daret malis oc
caſio malignādi vel rapiēdi. ſm Tho.
⁊ Rich. Tertia ꝓprietas ē ꝙ magis cu
rat de veritate q̄ de hmōi opinione: ⁊
ideo ꝓpter hoīm famā nō recedit ab eo
qđ eum facere decet ſemꝑ que veraciter
loquit niſi forſan aliqua falſa ironice ꝓ-
ferat. Ex hoc inferri pōt ꝙ magnanim⁹
parū curat de honorib⁹ vite ꝑſentis Aū
eñ magnanim⁹ parū curat de hoīm opi
nionib⁹ ſeq̄t ꝙ ēt parꝫ curat de ꝑītis ſe-
culi honore ꝓbat ꝯclō qꝛ honor natura
liter ordinat ad generādū opīonē ex ta

li ſigno quale eſt honor vt ſcꝫ nos opina
mur vel alij opinent nos eſſe virtuoſos
vt habet primo hui⁹. Opinio aūt aliorꝫ
vt ad gloriā vanā ordinata eſt ꝯtemnē-
da magis q̄ appetenda ꝑ honorē mun-
danū: cui⁹ cauſa eſt: qꝛ honor ē fallax ſi-
gnū virtutis cū poſſet impendi nō ſolū
hōi virtuoſo ſed etiam uirtuoſo: & ho
nor ad hmōi opi. generādā ordinat⁹ eſt
cōtemnēdus. Opinio etiā noſtra ꝑ tale
ſignū genita eſt ſimpliciter contēnenda
dicente poeta plus alijs de te q̄ tu tibi
credere noli: pōt tñ magnanim⁹ honorē
recte appetere nō ad ſuā exaltationē ſꝫ
ad dei gloriā ⁊ ꝓximi vtilitatē vt dictū
eſt in ꝑcedentib⁹. ¶ Deinū ponit ariſ.
ꝓprietates magnanimi que ſumunt in
ordine ad ipſius diſpoſitionē quarū pria
eſt ꝙ ipſe nō ē promptus ad admirādū
cui⁹ ratio ē qꝛ admiratio ꝓuenit ex his
que reputant magna. Magnanimo aūt
nihil eſt magni inter ea que exteri⁹ oc-
currere poſſunt cū ſua principaliter cir-
ca interiora verſent. Scđa ꝓprietas eſt
ꝙ ipſe nō recordat de malo ꝙ aliquādo
paſſus eſt qꝛ tale nō reputat magnum:
⁊ ideo ad ipm nō ꝑtinet de illo recorda-
ri ſed magis ipm deſpicere. Tertia ꝓ-
prietas eſt ꝙ ipſe nō ē humanilogus qꝛ
nec de ſeipō nec de quolibet alio homi-
ne libēter loquit: ſemꝑ nāq₃ intent⁹ ad
diuiā que ſunt maxime bona. Indignū
eſtimat đ reb⁹ humanis loquēdo verba
cōſumere: vnde nō ē ſibi cura vt laudet
neq₃ ꝙ alij vitupēt q̄ ꝓpter de alijs nō
male loquitur nec etiā de inimicis non
ꝓpter iniuriā ab eis illatā repellendaꝫ
Quarta ꝓprietas ē ꝙ ſi ſibi deſinit ne-
ceſſaria ad vitā nō multū ꝯqueritur vel
murmurat neq₃ multū deꝑcat vt ſibi ex
hibeāt: hoc eñ ꝑtinet ad eū q̄ ſtudet cir
ca neceſſria vite acq̄rēda pluſq̄ circa virtu
tē cuiuſmodi nō eſt magnanim⁹. Quin
ta ꝓprietas eſt ꝙ magnanim⁹ eſt grauis i
motu ⁊ in voce. Motus eñ eius eſt gra
uis ſiue lent⁹ ⁊ tardus ⁊ non velox: qꝛ
circa pauca ſtudet vox vero ei⁹ ē grauis
⁊ locutio ei⁹ ſtabilis ⁊ ſolida nō acuta

clamoroſa vel cõtẽtioſa q2 nihil magnũ
exiſtimat acumine aũt vocis aut cõtẽtiõ
fiunt: ꝓpter bonũ extrinſecũ qð reputat
eſſe magnum. Cap. ſextũ.

## Eficientes autem. ⁊c.

Uia agit ariſto. de vitijs oppoſi
tis magnanĩtati ſcȝ de puſillani
mitate q̃ ei opponit̃ ꝑ defectũ ⁊ p̃ſumpti
onẽ q̃ ei opponit̃ ꝑ exceſſũ. Circa qð pri
mo dicit ꝙ puſillanim⁹ ⁊ caymus ſiue p̃
ſumptuoſus nõ videtur eẽ mali, malicia
ſcȝ nociua proximo q2 non ſũt malefacto
res vterq3 tamẽ illoꝝ ẽ malus ⁊ peccat ĩ
quantũ recedit a medio virtutis. puſilla
nimus enĩ priuat ſeipȝ ⁊ indignificat bo
nis q̃bus dignus eſt ꝑ puſillanimitatem
ab opibus virtuoſis diſcedẽdo ꝑ q̃ recu
ſat tendere in id quod ẽ ſue potentie cõ
menſuratũ. hoc aũt ꝓuenit ex ignoran
tia ſue cõditõis q̃ ignorãtia cauſat̃ ex pi
gricia ꝯſiderãdi ſuã facultatẽ ſeu abilita
tem ad v̓tutẽ quã habet ex gratuitis do
nis ꝯditõis naturalib⁹ et ſupnaturalib⁹
Caymi v̓o ſeu p̃ſumptuoſi ſeip̃os ĩgran
tes nõ quidẽ ꝑ pigriciã ſȝ ꝑ inſipientiaȝ
⁊ ſtultitiam conãtur ad q̃dã magna ⁊ ho
norabilia ſuã facultatẽ excedẽtia quibus
indigni ſũt. hmõi ſũt illi q̃ ignari ⁊ iſuf
ficientes exiſtẽtes ꝓcurãt ſe ad doctora
tũ aſſumi qui ſepe redarguũtur ⁊ ꝯfũdũt
nõ valẽtes exercere ea ad q̃ fuerũt aſſũp
ti puta legẽdo vel diſputãdo: tales etiaȝ
ſeipſos oſtentãt veſtibus p̃cioſis ornan
do pompoſe incedendo bonaſq3 fortũas
ſuas manifeſtãdo vt ꝑ hoc appareãt ho
minib⁹ honorãdi. Opponit̃ aũt magis pu
ſillanimis magno q̃ caymus. Magna
nĩmus enĩ et caymus cõueniũt ĩ conã
tu ad opa magna q̃uis diuerſimode: q2
magnanimus appetit ⁊ conat̃ vt dign⁹.
Eſt etiaȝ puſillanimis deterior caymo
ẽm ariſto. q2 deterius ẽ ab ope qð ſuffi
cient̃ eſt in hoĩs ptãte deſpare et deſpan
do diſcedere q̃ ad bonũ op⁹ qð excedit
homĩs facultatẽ conari et aſſurgere: hoc
enĩ eſt ad bonũ tẽdere q̃uis indiſcrete.
et illud ẽ a bono fugere et ſeip̃m inutilẽ
reddere. Sed deſperatio ẽ puſillanimis
Conatus aũt iſte ẽ caymi quare puſilla
nimus deterior ẽ caymo. ¶ Quia v̓o p̃
ſumptio ad ſupbiã ꝑtinet circa ip̃am eſt
aliqualit̃ inſiſtẽdũ. Eſt aũt ſupbia amor
ꝓp̃e excellẽtie: qð q̃dẽ ẽ verũ de amore
inordinato. ſupbus nãq3 vult ſupgredi
ſup illud qð eſt et ſup illud qð recta rõ
dictat. hoc aũt cõtingit quadrupliciter:
⁊ ẽm hoc ſumũtur quattuor ſp̃es ſupbie
ẽm grego. Prima ẽ ꝙ q̃s gliat̃ ⁊ extolli
tur de bono qð habet ⁊ ita ſe gerit affec
tu vel effectu ac ſi haberet illð bonũ a ſe
cõtra illð qð dicit aplš Quid habes qð
nõ accepiſti: ſi accepiſti cur ĝliaris q̃ſi
nõ acceperis. Ex tali aũt amore inordĩato
proprie excellẽtie ſeq̃tur q̃dã excecatõ in
tellect⁹ q̃ ſupbus eſtimat illud bonũ ha
bere a ſe: ſeq3 eẽ totalẽ eius cãm: v̓a nã
ꝙ eſtimatio corrũpit̃ in ꝑticulari agibili
ꝓp̃ affectionẽ deordinatã ſicut ille qui
fornicatur eſtimat pro tunc ſibi bonũ eſſe
fornicari licet ſciat in vniuerſali fornica
ri eſſe malum. Ad hanc ſp̃em pertinet ĩ
gratitudo. Ingratus enĩ dr̃ q̃ non recog
ſcit beneficiũ acceptũ. vñ q̃ſi p̃ncipiũ bo
ni ſe reputat eo ꝙ nõ retorquet b̃nficiũ
in illo a quo recepit. Secũda ſpecies ſu
perbie eſt cum q̃s extollitur de bono qð
habet ac ſi datum ſibi deſuper fuiſſet ꝓ
meritis ſuis. ex quo ſequitur excecatõ in
tellect⁹ vt dcm̃ eſt ĩ prima ſpecie ita ꝙ ſu
perbus credit ſe eſſe cãm principalẽ bo
ni qð habet: deũ v̓o ſecũdariã. Licet eĩ
ſciã multa a deo obtineãt ꝑ meritoria opa
hoꝝ tñ de⁹ ẽ cã p̃ncipalis ⁊ hõ ſecũdaria
Tertia ſp̃es ẽ cũ q̃s extollit̃ iactando ſe
habere bonũ qð ñ habet: hoc aũt fit du
pliciter: Uno mõ q̃tũ ad interiorẽ cor
dis arrogãtiã q̃ hõ falſe ſe exiſtimat illð
habere ⁊ ſic iactãtia vel arrogãtia ponit̃
tertia ſpecies ſupbie. Alio mõ q̃tuȝ ad
exteriorem actum quo quis falſa ſibi at
tribuit quod non habet: ⁊ ſic iactãtia po
nitur filia inanis glorie. Quarta ſpecies
eſt cum quis deſpectis ceteris ſingulari
ter appetit videri habere quod habet.
Superbus eniȝ alios contemnit ſeu vi

Ingrat

Sp̃s ſup

les et inutiles reputat: appetitq; illos i-
compatione ſui ab alijs cōtemni. vñ ꝺfꝰ
A ſe meritꝭ arrogat ⁊ ſua ſpernens.

¶ Notandū inſup ꝙ prima filia ſupbie
eſt inanis gloria. Superbus nanq; ap-
petit inordinate propriam excellentiam
puta volendo ſe efferre ſup alios ſeu pre
eſſe ad alioꝝ depreſſionem. Inani glori
oſus aūt vult ipſius excellētie manifeſta
tionem: vnde appetitus excellentie mo-
uet ad inanem gloriam ⁊ ſic oritur ex ſu-
perbia. Et ꝗuis ambitio proprie ſit ap-
petitus inordinatꝰ honoꝝ et inanis glo
ria appetitus laudis: vtraq; tamē noīe
inanis glorie poteſt deſignari. Scdm eī
Ambroſium gloria eſt clara cū laude no
ticia: ex hoc enī ꝙ aliquis laudatur vł ei
honor vł reuerētia exhibetur ex hoc red
ditur clarus in notitia alioꝝ: ita ꝙ boni-
tas eius deuenit in aliorum noticiam et
approbationem. Nomine etiam ambiti-
onis aliquando intelligitur ſuperbia ⁊ i-
anis gloria. Unde Auguſtinꝰ ſup Joh.
Ambitio humane laudis appetit de ſe
eſtimare quod non habꝫ ⁊ ſup alios ſe ef
ferre. primum pertinet ad inanem glori
am: ſecundum vero ad ſuperbiam: ho-
nor autē et gloria ſeu fama pōt appeti ſi
ne peccato inquantum eſt vtilis ad hōrē
dei vt ſcꝫ deus ab hominibus glorificet:
vel ad hoc ꝙ homines ꝓficiant ex bono
quod in alio cognoſcunt: verbumq; di-
uinum ꝑ ipſum ſeminatum non contem
nant ſeu ei. hoc ꝙ homo ex bonis que in
ſe cognoſcit ꝑ teſtimoniuꝫ laudis aliene
ſtudeat in eis perſeuerare ⁊ ad meliora
proficere: ⁊ ſin hoc debet homo curā ha
bere de bono nomine iuxta ſententiā ſa
pientis Auceteq; in virtuoſis opibꝰ co-
rā hoibꝰ nō tn̄ in hoīu laude inanit dele
ctari aut exinde tumeſcere ſ inflari. ¶ Ul-
teriꝰ notādū ꝙ ināis glīa pōt ꝯriari chari
tati et dilectiōi dī dupl̄r. vnoꝰ rōe matie
de q̄ q̄s gliat: puta cū gliat de aliq̄ ꝙ ꝯri
atur diuie reuerētie ſeu bonū tpale de q̄
gliat deo preferēdo. Alio mō ex pte ipiꝰ
gliantꝭ q̄ intētōꝫ ſuā rfert ad glāꝫ tāq̄ ad
vltimum finem ad ipam ordinando vir-
tutis opera et ꝓ qua conſequenda n̄ pre
termittat facere etiam ea que ſunt cōtra
deum: et ſic eſt peccatum mortale ſcdm
Thomam ſe. ſe. Si autem amor huma-
ne glorie ꝗuis ſit inanis non tamen re-
pūgnat charitati nec quātū ad id de quo
eſt gloria nec quantum ad intentōnē glo
riam querentis non eſt peccatum morta
le ſed veniale. Unde inanis gloria ſigni
ficatur ꝑ puluerem: de quo dicit Math.
x. Mar. vj. Lu. ix. apoſtol. Excutite pul
uereꝫ de pedibus veſtris: quod exponēs
Gregorius ait: Predicatio vix ſine aliq̄
pulueris mixtione tranſit. Nam predi-
cans aut ad indignationem trahit ſi con
temnatur aut ad quantulācunq; gloriaꝫ
ſi ab auditoribus hōratur: ſed apoſtoli n̄
cadebant a perfectiōne ꝓpter huiuſmōi
inanem gloriam ergo inanis gloria ē ali
quando veniale peccatum ⁊ non morta-
le. ¶ Deinde Sciendum ꝙ ex ſuperbia
mediāte inani gloria prima eius filia na
ſcūtur ſeptem filie. Inaniter enī gloriās
appetit laudeꝫ propter apparentē excel-
lentiam: hoc autē fit propter apparentē
excellentiam poñe probitatis aut ſapīe.
Si ꝓpter apparētē excellētiā potentie
vel dignitatis generat ex ſe duo vitia. ſ.
inobedientiā ꝑ quā nō vult ſubiacere ſu-
periori ne videatur poteſtatis minoris:
ad quaꝫ ſequitur rebellio qua repugnat
correctioni et iactantia qua ſe oſtentat ꝓ
bitatis vel ptātis maioꝝ verbis vel factꝭ
ꝓprie tamen oſtentatio eſt in facto ⁊ ia-
ctantia in verbo. Propter aūt apparen-
tem excellentiam probitatis generat ex
ſe ypocriſim qua ſimulatōne ſanctitatis
appetit videri probus et bonus q̄ poteſt
dici ſingularitas eo ꝙ cōmuni vita relic-
ta aſſumit vitam priuatam et ſingularē
in verbis factis geſtibus et habitibus.
Propter vero apparētē excellētiā ſapīe
generat ex ſe quattuor vitia: nititur eniꝫ
hō excellentiam ſuam manifeſtare vnoꝰ
quantū ad intellectū: et ſic ē pertinacia ꝑ
quam hō nimis innitit ſue ſnīe nolēs ce
dere ſententie meliori. Alio mō quantū
ad volūtatē ⁊ ſic ē diſcordia dū non vult
a propria volūtate diſcedere vt alijs con
cordet. Tertium ꝗtū ad locutionē: ⁊ ſic

eſt contentio dũ aliq̃s clamoroſe contra aliquem litigat. Quarto q̃ntum ad opationẽ nouitatũ preſumptio q̃ ſupra vires oĩa temptat vt ſapiens appareat. Licet autem cotẽtio et diſcordia oriãt quodammõ ex ira nõ tamẽ niſi cũ adiũctõne inanis glorie: p hoc ſcꝫ ꝙ aliquis gloſuꝫ ſibi reputat vt nõ cedat verbis vel volũtati aliorum. huiõi aũt filie patent p virſ⁹ . vi. conten. ⁊ ypo. iactãs. noua. ptina. diſ. glo. Circa diſcordiam que opponitur cõcordie notandũ ſm Thomã ſe. ſe. ꝙ aliquãdo ẽ peccatũ mortale vt cuꝫ quis ſcienter et ex intentione diſſentit a bono diuino a bono proximo. Ad Gal. v. Diſſentões diſcordie ponitur inẽ opera carnis de quibus illic ſubdiunt ꝙ qui talia agunt regnum dei non cõſeqũtur. primi tamẽ motus huius diſcordie ſunt peccata venialia. Eſt etiã diſcordia peccatum veniale ſi pter intentõem fiat: vt cum intentio aliquoꝝ ẽ ad aliqđ bonum ptinens ad bonorẽ dei vel vtilitatẽ pximi ſed vnus eſtimat hoc eẽ bonũ ⁊ alt⁹ ñ. vt inẽ Barnabam et Paulũ Act. 15. ꝙ ptinebat ad humanũ defectũ licet hoc fieret ex diuina puidentia ppẽ vtilitateꝫ conſequentem ordinatã. hoc autẽ mõ diſcordia nõ ẽ pctm̃ mortale nec repugnat charitati niſi fiat cum errore circa neceſſaria ad ſlm̃ vel cũ nimia ptinacia.

Notãdum ꝙ ſeditio vel ciſma ſub diſcordia continetur: vtrunqꝫ enĩ eſt quedam diſcordia non vnius ad vnum ſed partium multitudinis adinuicem. vnde ſedicioſus dr̃ q̃ diſcordiam excitat nõ q̃cunqꝫ ſed inter partes alicui⁹ multitudinis: peccatuꝫ aũt ſeditõis eſt nõ ſolum ĩ eo qui diſcordiaꝫ ſeminat q̃ dr̃ ſuſurro ſed etiã in eis qui inordinate adinuicẽ diſſẽtiunt. Differt aũt ſeditio a ſciſmate: qꝛ ciſma opponitur ſpũali vnitati multitudinis ſcꝫ vnitati eccleſiaſtice Seditõ autem opponitur vnitati ſeculari vel tẽporali. Seditio etiam impiat preparationeꝫ ad pugnam corporalem non aũt ciſma. Quia vero ſeditio opponitur iuſticie et cõmuni bono ideo ex ſuo genere ẽ peccatum mortale et pncipaliter ptinet ad eos qui ſedicionem procurant ſecũdario vo ad eos q̃ ipſos ſequũtur pturbantes bonũ cõmune: illi vero qui bonũ cõmune defendũt reſiſtentes eis non ſũt dicendi ſedicioſi ſicut regimen tyrannicũ perturbantes: magis aũt tirannus ſedicioſ⁹ eſt cuius regimen ordinatur ad propriũ bonum cum multitudinis detrimento.

ret aliquid turpe de hoc verecūdarent̄.
Et ideo dicit ariſto. ꝙ verecūdia eſt ex
ſuppoſitiōe ſtudioſi hoc eſt dicere ꝙ ve=
recundia ꝑtinet ad virtuoſum ex ſuppo
ſitione alicuiꝰ turpis ſibi ineriſtentis.

## Explicit quartus

## Incipit quintus liber ethicoꝝ

### De iuſticia.

¶ Poſtꝙ̄ in p̄cedētibꝰ
determinatū eſt đ virtu=
tibꝰ que ſunt circa com=
municationē ſermonū ⁊
operū in cōuictu quo ad
cōdecentiā honeſtatis: hic agit de iuſti=
cia que eſt circa operationes q̄ ſunt ad al=
terū quo ad equalitatē ⁊ debitū neceſſi=
tatis. Dicit igit̄ ariſ. de iuſticia ⁊ iniuſti
cia eſt attendendū et circa q̄les ſint opa
tiones ⁊ diffinit iuſticiā dicens ꝙ iuſti=
cia eſt habitꝰ quo hoīes ſunt operatiui iu=
ſtoꝝ ⁊ operant̄ ⁊ volunt iuſta. ¶ Ad cuiꝰ
euidentiā notandū ꝙ iuſtū dicit̄ a iure
Inde iuſta dicunt̄ iuris ſtatuta ſeu p̄ce=
pta. Dicit̄ aūt iuſticia habitꝰ operatiuus
iuſtoꝝ inquātū inclinat ad operandū iu=
ſta que ſunt obiecta operationū ad quas
iuſticia inclinat. Ponit̄ aūt in hac diffi=
nitione operant̄ ad deſignandū actū impa
tū a volūtate q̄ mediāte habitu iuſticie
ꝓducit̄. ponit̄ etiam volūt iuſta ad de=
ſignandū ipām volūtatē q̄ eſt ſubiectū iu=
ſticie ⁊ volitionē que eſt actꝰ elicitꝰ vo=
luntatis. Ex his pꝫ ꝙ diffinitio iuſticie
eſt aſſignata cōuenienter: quelibet nāqꝫ
foꝛma ꝯuenienter diffinit̄ ꝑ ſuū genꝰ cu
iuſmōi ē habitꝰ reſpectu iuſticie ⁊ ꝑ ſuā
differentiam ⁊ iđ ponit̄ operatiuꝰ iuſtoꝝ
in diffinitiōe etiā foꝛme cōuenienter po=
nit̄ eiꝰ actꝰ ⁊ obiectū qꝛ habitus innote=
ſcunt ꝑ actꝰ ⁊ actus ꝑ obiecta. Ponitur
etiā eiꝰ ſubiectū vt pꝫ in ſeptimo meta
phiſice. Patet ḡ diffinitio iuſticie. Per
oppoſitū iniuſticia eſt habitꝰ ꝑ quē ho=
mines inclinant̄ ad opa iniuſta ⁊ ipa vo
lunt ⁊ operant̄. Quia vero vnū cōtrariū
eſt ratio cognoſcendi alterū: ⁊ quotiens
dicit̄ vnū oppoſitoꝝ totiēs dicitur reli
quū. Per diffinitionē iniuſticie diffini=
tio et differētia iuſticie innoteſcet. ¶ Di
cit igit̄ ariſ. ꝙ iniuſtus dicit̄ aliq̄s tribꝰ
modis. vno mō dicit̄ iniuſtus aliq̄s ille
galis ſcꝫ q̄ facit ꝯtra legē. Scđo mō in=
iuſtus đr auarus q̄ plus vult habere de
bonis foꝛtune ſicut ſunt bona exterioꝛa
quā debeat oꝛās ⁊ optās talia habere q̄
tū nō ſunt appetēda ſꝫ illa que ſunt bo
na ſꝫm ſe. Tertio mō đr aliq̄s iniuſtꝰ in
equalis q̄ ſcꝫ vult minus habere de ma
lis vt de laboꝛibꝰ expenſis ⁊ hmōi. Et
iſti tres modi reducunt̄ ad duos ſcꝫ ad
illegalē ⁊ inequalē. Nā inequalitati op
ponit̄ magis ⁊ minꝰ. et iđ tam auarꝰ ꝙ̄
aliꝰ dicit̄ inequalis. per oppoſitū ḡ eſt q̄
dā iuſticia legalis ⁊ q̄dā iuſticia eq̄lis.
¶ Deinde agit ariſ. de iuſticia legali cu
ius legalia ſeu legis p̄cepta ſunt remo
ta materialr̄ ſeu mediata. operatiōes đo
circa ipſa ſunt materia ꝓpinqua vel im
mediata. Dicit ariſ. āt ꝙ legalia ſeu ea

que lex precipit sűt iusta cum scʒ sint instituta ſm dictamē recte ratōis. Vñ illa legalia sűt quorūlibet ꝟtutuʒ opa. Lex enī ꝑcipit opa fortitudīs puta aciē ñ relinquere ꝛ arma nō abicere. Et opa temperātie vt nō mechari: ꝛ opa māsueti vt ñ percutere et sic de alijs: q̄ q̄dē sűt factiua et conseruatiua felicitatis politice.

Legis nāqꝫ latores legalia statuētes in his q̄ ꝑcipiűt studiose cōsiderāt ea q̄ conueniűt cōīati ꝛ optimatibus siue viris ꝓclaris et ꝑinis q̄ habētur vt optimi in ciuitate seu dñis ꝛ principibus cōmunitatē regētibus. Ex his patet que ꝛ qualis sit iusticia virtꝰ legalis. est enī virtus legalis ꝑfecta non simpliciter ꝛ qualitercűqꝫ sed ꝑfecta ad alterű. ꝛ iō dr̄ ꝟtutű preclarissima ita qꝫ nec hesperus nec lucifer sic ē admirabilis. ¶ Ubi Notādű qꝫ hesperus vel lucifer ē eadē stella q̄ alio nomine dr̄ venus q̄ inter cetera sydera clarius et gaudētius refulget maxime cū oritur q̄ q̄dē motu diurno aliq̄ñ solē āñcedit de mane: ꝛ ex hoc vocat̄ lucifer. Aliquādo vero ipm sequitur de sero ꝛ ex hoc vocatur hesperus. ¶ Probat insup Arist. ꝑfectionē iusticie q: ipa ē oñis virtus: q̄niā vsus oñis virtutis includit̄ in ea cű componat hoīem nō solű ad seipsű sʒ etiam ad alterű ex quo patet eius ꝑfectio.

Qd̄ cōfirmat̄ ꝟbo biantis qui fuit vnus de septē sapiētibus. Dicit enī qꝫ ꝑncipatus viri oñdit eē scʒ ꝑfcm vel imꝑfectű. Principatus aűt cōsistit in cōicatiōe ad alterū. et hoc idē vlterius ꝓbat: q: sicut ille ē pessimus q̄ vtit̄ malicia ad se et ad alios: sic ille ē optimus q̄ virtute ad se ꝛ ad alios vtitur. hoc aűt fit mediāte iusticia. vñ ꝯcludit aristo. qꝫ iusticia nō ē ps ꝟtutis sed tota virtus: neqꝫ iniusticia cōtraria est ps malicie sed tota malicia.

¶ Ad euidētiā notādű qꝫ est quedā opinio ponēs iusticiā legalē nō eē ꝑtialem habituʒ sʒ eē aggregationē oīm virtutū. Alia vero opinio dicit iusticiā legalem esse habitű ꝑtialē distinctum ab habitibus aliarű virtutum innitens verbis. p. tertio pol. dicentis qꝫ nō est simpliciter eadem virtus boni viri et boni ciuilis. Uirtus enī boni ciuilis ſm illā opionē est iusticia legalis per quam aliq̄d ordiatur ad bonű cōe que non ē eadē cuʒ alijs virtutibus. Et dr̄ tota virtus ꝛ virtus cōmunis nō ſm ꝑdicationem sed ſm ꝟtutem ꝛ causalitatē inquātű ordinat actus oīm virtutű ad bonű cōe sicut caritas ordinat actus oīm virtutű ad bonű diuinű et ſm hanc vel illā opinionē varie possꝫ exponi textus.

## Uerimus aűt. Ca. ij

¶ Hic agit Arist. de iusticia ꝑticulari seu equali: de qua determinare est eius principalis intentio. Et probat huiusmodi iusticiam esse ꝑticularem ex iniusticia sibi opposita. Cű enī inueniat̄ q̄dā iniusticia ꝑticularis sine alijs malicijs sequitur etiā qꝫ erit particularis iusticia sibi opposita. Qꝫ autē sit aliqua ꝑticularis iniusticia sine alijs malicijs ꝓbat ꝑ exempla dicēs qꝫ ille q̄ operatur ſm malicias alias ab auaricia iniuste agit nō tamē auare: sicut ille qui ī bello iusto abicit clipeum propter timorem vel qui dicit alicui obprobrium ꝓp̄ irā vel q̄ non operuit proximum indigentē ꝓpter illiberalitatem: et sic reperiuntur alie iniusticie sine auaricia que est specialis iniusticia. Econtra aűt quādoqꝫ peccat aliquis ꝑ auariciam aliena tollendo non tamē ſm alias malicias. Item arguit sic: Illa iniusticia est ꝑticularis ab alijs distincta que ī eodē actu distinguitur ab omni alia malicia sed iniusticia auaricie est hmōi. Si enī aliquis mechat̄ ꝓpter concupiscentiā suā excedendā censet̄ luxuriosus: si aűt mechat̄ ꝓp̄ lucrum talis erit auarus: ꝛ sic in eodē genere actus ꝓpter intentōnes finium diuersoꝝ distīgultur hec iniusticia ab alijs. Cōcludit itaqꝫ aristo. qꝫ est quedam iusticia equalis que se habet ad iusticiam legalem sicut pars ad totum. Dicitqꝫ qꝫ de legali iusticia non intendit eo qꝫ est circa omniű virtutum opa de quibus satis dictum est in precedentibus. ¶ Diuidit ergo iusticiaʒ equalem per quam redditur vnicuiqꝫ q̄d

ſuū eſt in duas ſpēs ſcʒ in iuſticiā diſtri-butiuā ⁊ in iuſticiā cōmutatiuā. Juſticia diſtributiua cōſiſtit in diſtributōe hono-rum pecuniarū vel alioꝝ quorūcūqꝫ pti-cularū hominibus cōmunicantibus vrba nitate qui ſcʒ habēt aliqͩ cōe diſtribuē-dū ſingulis. In qua diſtributōne ē iuſti-cia ſi ſeruet̄ equalitas diſtribuendo ſin-gulis ſm proportiones dignitatū ſeu la boꝝ ſuoꝝ. Si vero ſit ibi inequalitas erit iniuſticia. Conſiſtit etiā in diſtributōe q̄ fit a ſingulis ꝓ cōmuni vtilitate. Juſti-cia aūt cōmutatiua fit in cōmutatōnibus in quibus eſt tranſlatio ab vna pte ī aliā Juſticia diſtributiua reſpicit habitudīeʒ que fit a cōi in ſingulos. Cōmutatiua ve ro habitudinē inter ptem ⁊ ptem. Dicit autē ariſt. ꝙ cōmutatiue ſūt due partes qꝛ q̄dā ſūt cōmutatōnes volūtarie ⁊ q̄dā inuolūtarie. Cōmutatōes volūtarie ſūt ī q̄bus requirit̄ volūtatis ꝯſenſus vtriuſqꝫ ptis vt emptio venditio fideiuſſio cōduc tio: ⁊ ſic de ſimilibus. Eſt autē fideiuſſio cū quis ꝯſtituit ſe debitorē ꝓ alio illo de ficiente. Conceſſio vero gratuite vſus rei in rebus q̄ aliqͩ fructificāt dicit̄ vſufru-ctus. In rebus aūt nō fructificātibus di citur mutuū vel cōmodatuʒ: vt vaſa. Et tñ differūt mutuū ⁊ cōmodatū ſi ꝓꝓe ſu-mant̄. Mutuū eni cōſiſtit in his reb⁹ q̄ dantur ad pondus numeri et menſuram vt pecunia granum vinum et oleum: ⁊ il le res que ſic dant̄ in domiuiū accipiētiū transferūtur et non eedem ſed alie eiuſ-dem q̄ntitatis ⁊ generis reddūtur. Unde dicitur mutuū quaſi de meo fit tuū. Cō-modatū vero ē quod alicui tradit̄ non vt ſit ſuum ſed vt eo vtatur et ab eo ideʒ re-ſtituat̄. In hoc aūt conueniunt qꝛ vtraqꝫ de natura ſua vult eſſe gratuita. Unde ſi in mutuo plus exigitur vſura cōmittitur vt deū eſt in p̄cedeñ. In cōmodato vero ſi qͩ exigatur ſtatim deſinit eſſe cōmoda tum ⁊ in aliam ſpeciem contractus tran-ſit. Si eni ꝓ ipa re cōmodata exigat̄ pe-cunia tunc eit venditio ⁊ emptio. Si ve ro res alia tunc eſt permutatio. Si vero ꝓ vſu rei cōmodate exigitur pecunia ſic eſt locatio vel conductio. Eſt aūt locator qui vſum rei ſue concedit ꝓ pecūia vt dā do domū ad habitādū. Conductor vero qui ipam rem data pecunia recipit.

Deinde diuidit ariſto. cōmutationes inuolutarias ſm ꝙ duo cauſant inuolū tariū ſcʒ ignorantia et violentia: vt demī eſt tertio huius. Cōmutatōes inuolūta-rie quedam occulte ille ſcʒ que ſunt inuo lūtarie p ignorantiam alterius partis cu iuſmodi ſūt furtum ⁊ contrectatio rei ali ene ignorante ⁊ inuito dño. Mechia id eſt adulterium qū vxor contrectatur viro ignorante. Ueneficiū id ē veneni admi-niſtratio: ſerui ſeductio: callida pſuaſio vt recedat a dño ſuo: dolo occiſio vt ſi qͥſ neſciat q̄s ſagittā interiētē emiſerit ⁊ fal ſum teſtimoniū. Alie vero ſunt violēte vt incarceratio patēs: interfectio: rapīa pntum orbatio ſeu occiſio: membroꝝ mu tilatio: accuſatio ſiue manifeſta criminis impoſitio: iniuriatio: puta deriſio vel vi tuperatio. Notandum etiam ꝙ adulteri um pt accipi dupliciter: vno modo ſ̲ꝫ p̄-ciſa habitudine viri et mulieris q̄ adin-uicem cōmiſcentur ſic pertinet ad intem perantiaʒ. Alio modo ſub habitudīe ad ulterij ad cū cuius vxore abutitur: ⁊ ſic ē ſpecies iniuſticie: qꝛ adulter contrectat rem alienam inuito dño: qꝛ mulier pote-ſtatē corporis non habet. Ipſa etiā muli er in hoc facit iniuſticiā viro ſuo. Si au-tem hoc fieret de conſenſu viri tunc talis mechia eēt ſimplex luxuria ⁊ nō īiuſticia.

Notandum inſuper ꝙ iuſticia vt po-nitur vna de quattuor cardinalibus vir-tutibus ſumitur magis large ſm Scotū 34. di. 3. ſen. q̄ hic ſumatur ab Ariſtot. Juſticia eni primo modo non dicit vnūʒ aliquē habitum ſed eſt quoddam genus intermedium reſpectu multarum ſpēruʒ iuſticie diſponentium hominē circa ope rationes que ſunt ad alterum non tamē ſm debitum et equalitatem ſedʒ etiā ſm condecentiam et inequalitatem: Sic au tem poteſt diuidi iuſticia hoc mō ſump-ta: quia vel diſponit hominē in ordīe ad

honorem vel cultum diuinū: et ſic iuſti=
cie ſpecies eſt religio vel latria q̄ eſt vir=
tus inclinans ad honorem ſoli deo im=
pendendum in proteſtationem ſūmi do=
minij. Sumitur etiam latria aliquando
pro ipſo actu reuerentie interioris vl' ex=
terioris ad quem hec virtus inclinat.
Eſt autē hec virtus moralis et non theo
rica qꝛ non reſpicit deum immediate pro
obiecto ſed honorem ei impēdendum.
Si vero iuſticia diſponat hominem ī or
dine ad proximū hoc fit dupliciter: vno
modo cōmunicando ſe alteri quantū po
teſt: ⁊ ſic eſt amicitia. Alio modo cōmu=
nicando ſua: et hoc dupliciter. Uno mō
cōmunicando inter iſta ad conuictū ne=
ceſſarium: ⁊ ſic iuſticie ſpēs ſūt p̄ſidētia
et obediā. Preſidētia ē virtus diſponēs
p̄latos ſeu preſidēs. ad recte regendum
ſubditos. Obedientia vero diſponit ſub
ditos ad parendum iuſſis ſuperiorum ⁊
ad ipſos reuerendum. et alio nomīe dici
tur obſeruantia. Hoc etiam modo ſub iu
ſticia continetur veritas et affabilitas
diſponentes homines quoſlibet in mu=
tuo ⁊ decenti conuictu. Si vero diſpo=
nat ad communicandum extrinſeca hoc
eſt dupliciter: quia vl' ſm debitum ⁊ eq̄=
litatem: ſic eſt iuſticia de qua hic agit a=
riſto. que diuiditur in cōmutatiuā ⁊ di
ſtributiuam. Si vo ſm condecentiā et
inequalitatem ſic ſub iuſticia continetur
liberalitas et pietas. licet autem pietas
ſumatur proprie pro cultu et obſeq pa=
rentis et patrie: Large tamen extendit
ad quelibet opera miſericordie. Aliqñ
etiam ſumitur pro religione licet autem
religioſi dici poſſint oēs q̄ verū deū
colunt: ſpecialiter tamen dicūtur qui vi
tā ſuā totā deo dedicātes a mundanis ne
gotijs ſe abſtrahunt. Diciturq; religio
a relegando quia ptinentia ad diuinum
cultū ſunt in corde frequenter reuoluē
da. Quamuis autem filiorum ad paren
tes ſit debitū neceſſitatis eſt tamē ibi in=
equalitas cum non poſſit ipſis reddi cō=
dignum: et ſic ad pietatem erga parētes
exercendam eſt debitum legale cum ine
qualitate. et dicitur debitū legale ad qđ
reddendum aliquis lege aſtringitur. eſt
etiam tale debitum ad opera pietatiſ ſup
te pro miſericordia quando vrget neceſ=
ſitas q̄ maxime extrema. Ad liberalita=
tē aūt eſt tantū debitum morale qđ quis
debetur ex quadam condecentia ⁊ hone
ſtate virtutis. Sumendo iſtam iuſticiā
large eodem modo quo ſumitur a Sco.
ſcʒ put diſponit ad operatōnes que ſūt
circa alterum debito legali vel morali ſi
ue ſit ibi eq̄litas ſiue inequalitas poſſūt
eius varie ſpecies aſſignari. Thomas
autē et Rich. iuſticiam magis ſtricte ac
cipientes eodem modo quo ſumitur ab
Ariſtotile prout ſcʒ ratio iuſticie cōſiſtit
in hoc q' alteri reddatur quod ei debet.
ſm equalitatem et debito legali dicunt
partes iuſticie a Tullio aſſignatas ſcili
cet Religionem Pietatem et Obſeruā
tiam veritatis gratiā et vindicationem
non eſſe eius ſpecies ſeu partes ſubiec=
tiuas ſed partes potentiales. et ſimili=
ter dicendum eſt de amicicia que poni=
tur pars iuſticie a Macrobio: et de libe=
ralitate quam Andronicus inter partes
iuſticie enumerat: que dicuntur partes
potentiales iuſticie: quia in aliquo cum
iuſticia conuenientiam habent: ſed tamē
ad plenam iuſticiam non attingunt. Cō
ueniunt quidem inquantum diſponunt
ad opatiōes que ſunt circa alterum non
tamen ſunt ſpecies eius cum ratio gene
ris includatur in ſpecie. Ratio autem iu
ſticie hoc modo ſumpte non includitur
in ipſis. vnde deficiunt a perfecta ratio=
ne iuſticie: Quedam enim illarum defi=
ciunt a ratione equalitatis: quia p illas
non redditur equale: vt patet de pietate
erga parentes et de religione erga deū
quibus non poteſt reddi condignum.
¶ Patet etiam de obſeruantia que red=
dit hoīem virtuoſum in dignitate ſupra
ſe cōſtitutū honorē ſed nō reddit equa=
le: quia virtuti perfecte non fiet dignus
honor quarto huius. Alie vero deficiūt
a ratione debiti legalis: vt dictum eſt d
libalitate.

Patet etiam in gratitudine ꝑ quam ſit
recompenſatio beneficioꝝ. et in vindica
tione qua ſit repulſio maleficiorum motu
ꝓprio non tñ cõtra legẽ nec propt malũ
ipſorum ſed ad eoꝝ cohibitiõem et ſuã de
fenſionẽ et tutelã. Vindicatio aũt que ſit
auctoritate publice poteſtatis ſm ſentẽ-
tiam iudicis ꝑtinet ad iuſticiã cõmutati
uam. Patet etiã in veritate ꝑ quam hõ
ſe talem exhibet proximo in verbis ⁊ fa-
ctis qualis eſt qꝺ nõ debet proximo ex a
liqua legis neceſſitate ſed ex quadã mo-
rum honeſtate: Sic igit ſm diuerſam iu
ſticie acceptionẽ de ea varie loquũtur do
ctores. ¶ Sciendum vlterius ꝙ licz iu-
ſticia ꝑ ſe ſit circa oꝑatões q̃ ſũt ad alterũ
ex conſequẽti tñ ẽ circa paſſiões q̃s mo-
deratur ꝑ quas poſſet rectitudo operati
onũ impediri. Unde dicit ariſt. ꝙ iuſti-
cia eſt circa delectationẽ que eſt a lucro.
¶ Inſuꝑ notandũ ꝙ iuſticie generalꝭ po
nũtur due ꝑtes integrales ſcz declinare
a malo ⁊ facere bonũ quoꝝ primũ reſpi-
cit p̃cepta negatiua quibus opponit pec
catum tranſgreſſionis proprie ſumpte.
Secũdum vero reſpicit precepta legꝭ af
firmatiua quibus opponit peccatũ omiſ
ſionis. Tranſgreſſio tamẽ large ſumpta
extenditur ad omnia legis p̃cepta.

## Capitulum tertium.

### Quia aũt et iniuſtus in-

equalis ⁊c̃. ¶ Hic agit ariſto. de
medio iuſticie: et primo ad iuſti-
ciam diſtributiuam dicẽs ꝙ medium in
iuſticia diſtributiua eſt equale inter pl⁹
et minus ſm proportionẽ geometricam
¶ Circa quod notandũ ꝙ ſm euclidẽ li°
geometrie proportionalitas ẽ ſimilitudo
proportionũ et hoc dupliciter: vel ſcꝺm
idẽtitatẽ proportionis vel ſm idẽtitatez
exceſſus. Si ſit idẽtitas vel equalitas ꝓ
portionis ſic dicitur proportionalitas ge
ometrica: vt ſicut ſe habet ſex ad quatu
or ſic duodecim ad octo. In iuſticia autẽ
diſtributiua mediũ eſt equale ſm propor
tionalitatẽ geometricã q: in diſtributõe
bonoꝝ ciuitatis debet attendi equalitas
proportionis ita ꝙ talis proportio debz
eſſe premij ad premiũ qualis ẽ proportõ
meriti ad meritũ. Verbi gratia: ſint duo
homĩes quoꝝ vnus laborauit vno die a-
lius vero duobus ſi primo detur vna li-
bra alteri vero due libre ſeruat equalitꝭ
proportionis: ſicut enĩ laboris vnius ad
laborem alterius ẽ proportio dupla: ſic
etiã premij ad premiũ. ¶ Deide tractat
ariſto. de medio iuſticie cõmutatiue Cir
ca qꝺ dicit ꝙ ſicut iuſticia diſtributiua ẽ
directiua in diſtributionibus bonoꝝ cõ-
muniũ ſm proportionẽ geometricam ſic
iuſticia cõmutatiua ẽ directiua in cõmu
tationibus tam voluntarijs q̃ inuolũta-
rijs ſm proportionalitatẽ ariſmetricam
ita ꝙ ibi ſumit medium ſm identitatem
ſeu equalitatẽ exceſſus vel quantitatꝭ et
nõ ſm equalitatem proportõnis: quod ex
hoc patz: q: ĩ eã nõ cõſiderat drñtia ꝓ⁰
ꝑſonarũ ſeu proportio ſicut in iuſticia di
ſtributiua. nihil enĩ differt ſi bonus per
furtum priuat vel rapinam aliquem ma
luz re ſua vel ecõuerſo. Neqꝫ etiã differt
ſi bonus vel malus cõmiſit adulteriũ ſz
lex attendit ſolũ ad drñtiam nocumenti:
vt ſcz qui plus nocuit plus recompenſet
cuiuſcunqꝫ cõditionis ſit. Unde iudex q̃
eſt miniſter legis intendit vt illud iniuſtũ
quo vnus alium leſit in ꝑſona fama vꝪ re
bus vbi eſt quedam inequalitas redu-
cat ad equalitatem ſm ipſam q̃ntitatem
rerũ non ſm proportionẽ drñtiarum ꝑſo
narum. Verbi gratia ſit vnus qui ꝑcutiat
vel occidat alter xp̃o ꝑcutiat diuerſa eſt
hec actio et paſſio in inequalia: q: ſcz ꝑ-
cutiens vel occidens habet plus de eſti
mato bono inquantum ſcz implet volun
tatem ſuã: ⁊ ita videt eẽ in lucro. ille aũt
q̃ vulnerat et occidit hz plus de malo in
quantũ ſcz priuat incolumitate vel vita ꝯ
ſuam volũtatẽ: et ita videt eẽ quaſi ĩ dã-
no. iudex aũt temptat hec adequare in-
q̃tũ ſcz ſubtrahit aliq̃d vulnerãti vel oc-
cidit ꝯ ſuã volũtatẽ et exhibet ĩ cõmodũ
vel honorẽ vulnerati vel occiſi: ⁊ inde ẽ ꝙ
qñ hoĩes dubitãt refugiũt ad iudicẽ tan-
q̃ ad q̃ddã iuſtũ aĩatũ. ¶ Circa qꝺ notã

dum q̄ iudex dicitur iuſtum animatum q̄r eius mens totaliter a iuſticia poſſidetur: debetq̄ h̄re iura in anima ſua ſcripta. Un̄ iudex dr̄ quaſi ius dicens qḋ eſt eius actus ſicut et iudiciū qḋ ſm̄ primam nominis impoſitionē importat dictionem ſeu determinationem iuſti ſiue iuris. Unde iudicium idem eſt quod iuris dictio. extra de verbo♃ ſig. c. forū. ⁊ ſic iudicium ē actus iudicis vt ſententiā pnunciātis ſm̄ reglās iuris ⁊ eſt actus prudentie vt regulātis eius intellectū ⁊ actus iuſticie vt inclinātis et diſponētis iudicis affectū ad recte iudicādū ſeu ad eligendū id qḋ recta rō dictat et determinat: de quo dicit pš: q̄uſq̄ iuſticia cōuertat in iu. Dicet aūt nomen iudicij ſit pmo impoſitum ad ſignificandū rectā determinatōem iuſto♃ vt dcm̄ ē: Ampliatū tn̄ ē ad ſignificādū rectā determiātōem in quibuſcūq̄ rebus tam in ſpeculatiuis q̄ in practicis. Licz etiā actus iuſticie ptineat ad quēlibz iuſtū qr tn̄ iuſticia pncipalior mō ē in iudice q̄ in ſubdito ideo determinare vel diffinire q̄d iuſtū ē ad illū ptinet principaliori mō. Un̄ et ſua dictio ē auctas qḋ nō ēēt dictio plata ex ore ſubditi. Nō oportet autē q̄ quicūq̄ actus iuſticie ſit cuiuſcūq̄ iuſti ē tn̄ vnus actus iuſticie q̄ cuilibz iuſto cōuenit. ſ. velle ſeruare rectitudinē debitam ī opatōibus exteriorib⁹ q̄ ſūt ad alterū. Un̄ ambro. in pmo de of. Juſticia ē q̄ vnicuiq̄ qḋ ſuum ē tribuit alienū non vendicat: vtilitatē ppriā negligit vt cōmunē vtilitatē cuſtodiat. ¶ Alteri⁹ agit Ariſto. de cōtrapaſſo ſeu pena talionis. Circa qḋ fuit opinio pitagorico♃ dicētium ꝯpaſſuz q̄ ſcz dicit equalē recompēſationē paſſiōis ad actōem p̄cedentem eſſe vlr̄ iuſtū. Dicebāt enī q̄ vnicuiq̄ ſit iuſta punitio ſi patiat ea q̄ ipe fecit alteri. Hanc opinionē improbat ariſto: Dicebat enī ꝯ paſſū aliq̄n ſit iuſtū tn̄ nō ſp vel vlr̄. In diſtributiua enī iuſticia locū nō hz in q̄ attendit eq̄litas ſm̄ pportōnem rerū ad pſonas vt dcm̄ ē: nō aūt ſm̄ proportionē rei ad rē vel paſſionis ad paſſionē: vnde dr̄ cōtrapaſſū. Nō etiā ſp req̄rit vel ſufficit ad equalitatē iuſticie commutatiue. Nō enī ſp eſt recta vindicta vt ſp aliq̄s patiat qḋ fecit: qr tal' vindctā nūq̄ a vera iuſticia declinaret. Nā ſi aliquis in principatu ꝯſtitut⁹ pcuſſerit aliquā pſonā puatā nō req̄rit vera iuſticia q̄ pnceps repcutiat. Ecōtra vo ſi aliq̄s pcuſſerit principē oportet nō ſolū q̄ tūc repcutiat ſz etiā grauius puniat. Cui⁹ ratō eſt qr cū pnceps ſit pſona publica is qui principē pcutit quodāmō totā rem publicā offendit: et ideo ē grauius puniendus tan q̄ cōmittēs crimē leſemaieſtatis. Illa aūt lex Exo. xxi. oculū p oculo reddendū intelligit in pſonis eiuſdē dignitatis. Itē ſi aliq̄s inuolūtarie ſociū vulneraret alter vo volūtari⁹ ⁊ cū deliberatiōe non oportet q̄ de iure iſti duo equaliter puniātur ſic q̄ q̄ſq̄ patiat in ſe qḋ fecerit alteri: qr multū differt opari bona vel mala volūtarie vel inuolūtarie. ¶ Sed cōtra predicta poſſet dubitari qr ariſto. in precedeñ. dicit q̄ iniuſticia cōmutatiua nō attēdit drñtia pſona♃ ſicut in diſtributiua ſz ſolū drñia nocumēti: hic aūt dicit oppoſitū: qr plus punit q̄ pcuſſit pncipem q̄ q̄ pcuſſit pſonā puatā. Ad hoc reſpōdetur dupliciter: vno mō q̄ cōditio pſone in iuſticia diſtributiua attēdit ſm̄ ſe: in cōmutatiua vo nō ſm̄ ſe ſed ſm̄ hoc q̄ p h̄mōi diuerſificatur res: qr in actiōibus et paſſionibus cōditio pſone facit ad q̄ntitatē rei. maior enī eſt iniuria ſi pcutiat pnceps q̄ ſi pcutiat priuata pſona. Alio mō rn̄det q̄ ī iuſticia cōmutatiua poſſumus cōſiderare ſatiſfactionem damni vel punitionem delicti. drūt naq̄ hec adinuicem. Uerbi gratia ſi q̄s furaret calicez conſecratum de eccleſia conſecrata et alter inueniat a caſu tn̄ de argento ad valorem calicis quod mercatori tranſeunti ceciderat: ambo debent cogi ad equalez ſatiſfactionem et reſtitutionem ſed non ad equalem punitionez. Phs aūt excludit pſonarum drñtiam in ſatiſfactione ⁊ breuiter in omni actione partis ad partē ⁊ includit in punitione ſeu in habitudīe partis ad iudicem. ¶ Cōſequēter oñdit

aristo. cōtrapassū esse iustū in cōmutati- onib⁹ voluntarijs. Unde ē ciuitatū ⁊ ciuiū in ipsis habitātiū cōmanentia ex mutua ipsoꝝ cōmūitate in hoc sc; ꝙ ē contrafacere ꝓportionaˀ puta beneficiāti beneficiū proportionabiliter rependendo. In quoꝝ etiā cōmutatōibus ē attendenda hinc inde eqˀlitas nō ſm quantitatem mol' sed ſm quantitatem valoris: vt patet in cōmutatōne edificatoris domū cōmutantī cum sotularibus coriarij. Et qꝛ raro fit inmediata cōmutatio inť rem et rem: qꝛ homīes non semꝑ indigēt rebus adinuicē quas hꝫ: vt is qui supˀabūdat vino ꝓ tūc nō indiget frumēto qđ habet ille qui indiget vino. Una etiam res aliam excedit in valore: ideo vt ſm q̄ndam ꝓpositā cōmensuratōem adeqť passio actioni ī cōmutatōibus inuentum est nūmisma vel denarius ꝑ que mensurantur precia taliū rerū. verbi gratia: cōsiderat domificator quot nūmismata valet dom⁹ et coriari⁹ q̄t nūmismā valꝫ vnū par sotulariū: quibus cōsideratis coriarius dat domificatori tot calciamēta quot ſm iusticiā et equalitatē valet domus. ¶ Nummisma aūt ē mēsura ꝑ legem ab hominibus constituta. Unde dicit a nomos quod est lex et mensura quasi legis mensura: et sic nūmisma ē mēsura legal'. Est etiā alia mēsura naturalis sc; humana indigentia q̄ dr naturalis non qꝛ res appreciet ſm dignitatē nature sue: sed ſm ꝙ referēs ad humanam indigētiam vel humanū vsum: qꝛ sc; hō naturaliter indiget talib⁹ rebus. Unde vna musca inquātū aīal in ordīe nature melior ē toto auro mōi: sed in ordīe necessitatis humane ē ecōuerso. et ꝓpť hoc in reb⁹ precia imponūtur ſm ꝙ eis hoīes indigēt ad vsum. ¶ Ex predictis infert aris. q̄uo iusticia sit medius habitus dicens ꝙ manifestum est ex p̄cedentibus ꝙ actus iusticie est mediū inter iustū facere et iniustū pati quoꝝ alterū sc; iniustū facere ē pl⁹ hr̄e de bōis puta ď pecūijs ľ hōrib⁹ ⁊ min⁹ ď mal': sc; laborib⁹ et expensis q̄ sit debitum. Et alteꝝ sc; iniustū pati est minus habere de bonis et plus habere de malis cū sc; aliquis priuatur eo qđ sibi debetur. Et quia habitus cognoscit ꝑ actus infert vlterius ꝙ iusticia est medietas quedā siue habitus electiuus immediate consistens: ⁊ in hoc cōuenit cū alijs virtutibus moralibus. Dicit tamē ꝙ hoc non ē ſm eundē modū cū alijs virtutibus quia sc; quelibet alia ṽtus est mediū duarū maliciarū sicut liberalitas inter ꝓdigalitatem et auariciā. Justicia aūt nō est medium inter duas malicias: sed dicitur esse medietas qꝛ est mediū in quantū sc; ꝓducit actū q̄ est medius inť iustū facere et iniustū pati ⁊ hoc faciēdo equalitatē qđ est medium inter plus et minus dando sibi et ꝓximo de vtili ⁊ nociuo equaliter ſm proportionabilitatē. et sic iusticia non est mediū inter duas malicias sed inter duas iustificatōnes quarum vna ē malicia sc; iniustū facere: alia ṽo nō sed potius pena sc; iniustū pati.

## Oportet autē. Ca. IIII.

In precedētib⁹ determīauit aris. de medio iusticie: hic cōsequenť determinat de eius obiecto sc; de iusto politico qđ est ius seruādi debitū ordinē inter ciues liberos et equales sub eadē ꝑtāte cōstitutos. Unde ſm aristo. consistit in quadā cōmunicatōe q̄ ordinať ad hoc ꝙ sit ꝑer se sufficientia coꝝ q̄ad vitam humanā ꝑtinēt: ⁊ talis ē cōmunitas ciuitatis in qua dꝫ oīa inuenīri q̄ sufficiūt humane vite: Dicet aūt cōitas yconomica ordinet ad humane vite conseruatōem nō tamē ad hunc effectū q̄ est ꝑ se sufficiētia vite: qꝛ q̄uis vna dom⁹ posset aliqualiter sustentare humanā vitā nō tamē sufficientē vitā qualē decet homines recte viuētes. Consistit nanꝙ in hominibus liberis et equalibus personis In liberis quidē qꝛ dñoꝝ ad seruos nō est iustū politicū sed dñatiū. In personis vero eq̄libus nō quidē in diuitijs nec in alijs conditionibus ad libertatē ciuilē accessorijs sed equalibus in libertate q̄rū vna alteri nō subditur sicut filius pr̄i: vel vxor viro: inter quos ē iustū paternū aut vxoricium. Qđ autē politicū iustum

ſit in liberis et equalibus ꝓbat Ariſto. q2 tale iuſtum erit in illis ad quos lex datur cum lex ad illos ſe extendat in quib⁹ poteſt eſſe iuſticia ⁊ iniuſticia: lex aūt nō datur principaliter ꝓ ſeruis qui cohibētur a dn̄is neq3 pro filijs qui cohibentur a parentibus ſed ꝓ liberis et equalibus ergo in talibus eſt proprie iuſtum politicum. Q. Quo iuſtū politicū non ſit propedictum ad ſeruum vel patris ad filium: aut viri ad vxorem ꝓbatur q2 iuſticia ē virtus ad alterum: et iniuſticia eſt malicia ad alterū et nō ad aliquid ipſius ſed ſeruus eſt aliquid dn̄i q2 eius poſſeſſio ⁊ vxor ē aliquid viri cū non habeat poteſtatē corporis ſed vir: ⁊ filius quouſq3 fuerit magnus ⁊ ſeparatus a patre ꝑ mancipationem eſt quaſi quedam res patris ergo ipſoꝝ adinuicem non eſt proprie iuſticia ſed large vel ſimilitudiuarie.

¶ Diuidit conſequēter Ariſto. iuſtū ſiue ius politicū in naturale legale ⁊ poſitiuū. Ubi notandū q̄ ius politicum vl' ciuile pōt ſumi dupliciter: Uno mō qḋ eſt a ſecularibus hominibus conſtitutū: vt a ciuitate vel principe ciuitatis: et ſic non ſumitur hic ſed eſt ps iuris legalis diſtincta contra ius canonicū: vt videbitur in ſequētibus. Alio mō ſumitur pro iure quo vtuntur hoīes in ciuitatibus ⁊ ſic ſumitur in ꝓpoſito: vtūtur enī ciues eo iuſto qḋ nāl'r mēti humāe īdidit: ⁊ eo qḋ eſt poſitū lege. ¶ Declarat ḡ Ariſ. qd eſt ius nāle dicens. q̄ nāle ē illḋ q̄ vbiq3 habet candē vim potentiā ſeu virtutem: ⁊ non cōſiſtit in videri et nō videri: id ē nō oritur ex aliqua opiniōe humana ſed ex natura. Unde notandū q̄ tale ius habet vim ante omnē legē poſitiua3 ⁊ ante omnē conſuetudinem introductā habet enī vim ex naturali iudicio rationis. Sicut namq3 in ſpeculatiuis ſunt queda3 principia naturaliter cognita ex quibus varie inferūtur concluſiones: vt omne totum eſt maius ſua parte: Sic in operatiuis vt deum non eſſe odiendum ſed ſuper oīa diligendum: proximo nō eſſe iniuſte nocendū: ⁊ ſic de alijs. Unḋ apl'us: Cum gentes que legem non habent naturaliter que legis ſūt faciūt. huiuſmodi legem non habentes ipſi ſibi ſunt lex hñtes opus legis ſcriptū in cordibus ſuis. ¶ Ius legale ſeu poſitiuum eſt quod accipit vim ex lege poſita: et tale nō eſt idem aput oēs ſicut nec menſura vini. ¶ Circa qḋ notādū q̄ ius legale poteſt diuidi ſm̄ diuiſionem condentium leges. Lex aūt conditur a deo ⁊ ab hoīe: lex dei facit ius diuinū ⁊ lex hominis ius humanum. Continet autem ius diuinū tria genera preceptoꝝ ſc3 moralia: iudicialia et ceremonialia. ¶ Ubi notandum q̄ mos aliquādo ſumiť pro conſuetudine aliquādo pro naturali inclinatione: Moralia igitur ad que ē aliqua inclinatio naturalis ſpectāt ad ius naturale q2 multū ſūt conformia recto dictamini rationis. Sufficiēter aūt ius nature explicitum eſt in decem preceptis decalogi propter obnubilationem intellectus humani: vt patet Exo. xx. ad q̄ omnia precepta moralia reduci poſſunt.

Precepta iudicialia ſunt que ad deciſionē cauſarū ⁊ ad iuſticiā inter homines conſeruādam ſunt inſtituta. Precepta vero cerimonialia ſunt illa per que deťminantur ea que ſpectant ad cultum diuinum vt ſūt ſacrificia et oblatōes ⁊ fuerunt inſtituta in figuram futurorum.

¶ Ius humanum diuiditur in canonicū ⁊ ciuile: ius canonicū eſt ius eccleſiaſticum quod ſc3 fuit a ſanctis patribus inſtitutum. Unde dicitur a canon quod ē regula: q2 in eo cōtinēťur reg'le ſcōꝝ patrum: et diuiditur in decretum ⁊ decretales. Decretum vero diuidiť in tres ꝑtes. Prima vocanť diſtinctiones que ē diſtincta per particulas centum et vna3 quarū quelibet vocať diſtinctō: ⁊ habet q̄libet diſtinctō capla ⁊ plures. ḡ. Quādo igiť allegať aliꝗd de illa ꝑma parte debēt allegari diſtinctiones. Alia pars dicitur cauſe eo q̄ eſt diſtincta in cauſas .36. quarum quelibet plures queſtiones habet. Habet autem .33. cā queſtiones quiq3 quarū tercia qtō h3. 7. diſtictōes

in quibus tractatur de penitentia. Und illa queſtio tertia intitulatur de penitẽtia. Cũ ergo vis allegare q̃ttã cauſe ⁊ quotã queſtionis tacere debes cãm vocãdo queſtionẽ ſic de pe. di: ⁊ ſubintelligitur eã qtõe. v. tali caplo. vel. §. Quando vero aliq̃d allegat aliud de illa qtõe q̃ intitulatur de penitẽtia debet nominari diſtinctio cum ſua quota dicẽdo ſic: de peni. diſ. j. c. tali vl. §. Tertia vero pars huius libri intitulatur de cõſecratõe: ⁊ habet quinq̧ diſtinctões. vnde qũ aliquid allegat de hac parte debet nominari diſtinctio cũ ſua quotta dicendo ſic: de conſecratione diſt. tali. c. vl. §. ¶ Decretales autẽ diuiduntur in q̃nq̧ libros quilibet autem liber habet plures rubricas ſiue titulos in quibus premittitur materia de q̃ tractatur in caplis ſubſequẽtibus. Cũ ergo allegabis aliquid de decretalibus non allegab libꝝ ſed titulũ ⁊ caplm. et ſi ſint in caplo plures. §. allegabis caplm et ſic: extra de cõſuetu. ca. tali. ¶ Poſt cõpilationem aũt quinq̧ libroꝝ p̃dictoꝝ elapſis multis ãnis cõpilati ſũt alij duo libri ſcꝫ ſextꝰ et ſeptimꝰ ĩ qbꝰ q̃dã plura de eiſdẽ materijs ⁊ ſub eiſdẽ rubricis cũ quinq̧ libris p̃cedentibus apponũtur. ¶ Jus vero ciuile diuiditur in q̃ttuor partes: ſcꝫ Codicem: Digeſtũ: Auctenticũ: et inſtitutũ: de quibus ſupſedeo. ¶ Circa tamẽ decẽ p̃cepta decalogi ius naturale explicantia aliq̃ntulum ẽ inſiſtendum. Verſus. Unum crede deũ. ⁊c. Quoꝛꝫ tria prima ad honorẽ dei et dilectionem ordinantur. Alia ſeptem ad dilectionẽ proximi ordinantur et ptinẽt ad ſecũdã tabulã

## Primũ Non habebis deos

alienos: in quo inhibetur omnis ydolatria per quã honor ſoli deo debitus exhibetur creature: et ſic in hoc precepto ꝓhibentur ꝓphane pactões demonũ ſiue ſint ad hedificatõem ſenſuũ vt faciũt hiſtriões ſeu ad inueſtigatõem futuroꝝ ſeu occultoꝝ vt faciunt diuini aut quouis alio modo. Solus aũt deus qui eſt ſummũ bonũ ⁊ omnium rerum principiũ humaniq̧ generis reparator eſt toto corde colendus: ⁊ ſuper omnia diligendus: ad ipſumq̧ eſt in neceſſitatibus recurrendum: non ad diuinos aut ſortilegos ſibi falſo nomen dei vſurpantes.

## Secũdũ preceptũ Nõ aſſumes

nomen dei tui inuanũ. Circa quod notandũ ſm Scotũ in 3° ſen. ꝙ nomẽ dei inuane aſſumit cũq̄s iurat ñ ſolũ inutiliter ſed etiã irreuerẽter adducẽdo ſcꝫ deum in teſtimonium falſitatis ſeu mendacij: ẽ quo fit deo irreuerẽtia. talis nanq̧ dat intelligere vel ꝙ deus veritatẽ nõ cognoſcit vel ꝙ veritatẽ teſtificari nolit. et ideo ſic ex deliberatõe piurãs mortaliter peccat. Si aũt quis indeliberate piurat quotiẽſcunq̧ periurat non peccat mortaliter ſꝫ bene venialiter: puta cum q̃s non aduertit ſe iurare vel falſum eſſe quod iurat. ¶ Notandũ ꝙ due ſunt ſpecies iuramẽti ſcꝫ aſſertorium et ꝓmiſſoriũ. iuramẽtum aſſertorium eſt quãdo iuratur aliq̃d de preſenti vel de preterito ſicut eſſe vel ñ eſſe ſic fuiſſe vel non fuiſſe. Promiſſorium vero eſt cum quis iurat ſe aliq̃d daturum vel facturum: aut non datũ vel facturum. ¶ Notandum etiã ad hoc ꝙ iuramentum ſit licitum requirũtur tres cõditiones que ponuntur Hieremie q̃rto. Jurabis in veritate iuſticia ⁊ iudicio. Prima veritatis que debet eſſe in conſciẽtia iurãtis vt ita eſſe credat ſicut iurat vt in iuramẽto aſſertorio et ita facere proponat vt in iuramento promiſſorio. vnde iurans aliquid cuius oppoſitũ magis credit ſeu q̃d eſt ſibi dubiũ mortaliter peccat ſm Scotum: Si autẽ queratur ĩ iuramẽto aſſertorio Utrũ periurans neceſſitate compulſus pro vita fama vel rebus ſeruandis peccet mortaliter? Dicũt cõmuniter doctores ꝙ ſic licet enim tal' excuſetur in tanto quia metus attenuat culpam: non tamen a toto. quia volũtas cogi nõ poteſt: extra de his que vi. c. ſacerunt. Unde potius debet aliq̃s omnia mala tollerare ꝙ falſũ iurare: nec etiã excuſatur a mortali pctõ q̃ iocoſe piurat: qz ñ

pitat diuã irreuerẽtiã ſm Tho.i.ſe.ſe.
In iuramento aũt ꝓmiſſorio ſciendũ ꝙ
nõ excuſat a mortali iuramentũ nõ com
plens etiã coact⁹ iurãs: ⁊ hoc ſi iuramẽ
tũ fuerit reſpectu rei licite. Excipiunt tñ
alibi caſus vt in matrimonio vbi datio
debet eſſe libera ꝓpter rationẽ datiõis
⁊ diſſolubilitatẽ: his aũt qui doloſe iu-
rat ſic videlȝ ꝙ ꝑ illa verba obligare ſe
nõ intendit licet in foro dei qui iudicat
ſm ſecreta conſcientie nõ obliget ſm bo
nauẽturã ⁊ ſco. qꝛ ſe noluit obligare cũ
verba ſm greg. deſeruiãt intentioni et
de⁹ talia verba iudicat qualia ex itimis
ꝓferũt. Tñ qꝛ doloſe iurat ⁊ nomẽ dei
inuanũ aſſumpſit ſtatim in ipo actu piu
riuum cõmiſit. Unde ex illo iuramẽto iu-
dicat dignus apud deũ pena eterna ⁊ ſa
num cõſiliũ ꝙ iuramentũ in quo ꝓximũ
decipere intendebat impleat. Secõa cõ-
ditio iuramenti eſt iuſtitia que debet eẽ
ex pte ei⁹ qõ iurat vt videlȝ ſit licitũ: vn
de qui ſcienter iurat qõ eſt manifeſte illi
citũ ⁊ cõtra diuinũ ꝑceptũ mortalit pec-
cat iurando ⁊ iterũ iuramẽtũ ſeruando.
¶ Ad cui⁹ planiorẽ euidentiã ſciendũ
ſm Rich. ꝙ nullũ iuramẽtũ derogans
caritati obligat iurantẽ ad ſeruãdum id
qõ iurat ⁊ qꝛ omnia ꝑcepta ⁊ cõſilia di-
uina ordinant ad caritatẽ qꝛ teſte aplo
finis ꝑcepti eſt caritas nullũ iuramentũ
ẽ obligatoriũ qõ derogat alicui ꝑcepto
diuino vel cõſilio: qꝛ etiã qõlibet pecca
tũ mortale derogat ꝑcepto diuino qꝛ eſt
cõtra aliqõ ꝑceptũ diuinũ ⁊ etiã pecca-
tũ veniale inquãtũ eſt diſpoſitio ad mor
tale ideo nullũ iuramẽtũ de faciendo ali
quod peccatũ mortale vel veniale eſt ob
ligatoriũ. Quia etiã diuina cõſilia ſunt
de bonis opibus ſuperogationis ⁊ pfe
ctionis: Ideo nullũ iuramẽtũ de nõ faci
endo aliqõ bonũ opus ſuperogationis
vel de faciendo cõtrariũ bonis opib⁹ ſu
perogationis obligat: nec etiã iuramen
tũ de nõ faciẽdo ea que meli⁹ eſt facere
ꝙ̃ nõ facere vel ecõtra: ideo iurãs ꝙ nõ
teneat aliquẽ in ſuo ſeruitio ꝙ̃ alias me
lius eſſet tenere ꝙ̃ non tenere: vl ꝙ nõ
loquat cum ꝓximo cuȝ quo alias meli⁹
eſſet loqui ꝙ̃ non loqui: vel ꝙ nõ faciat
ſibi ſubuentionẽ vel cõſolationẽ tpalem
vel ſpiritualem ꝙ̃ alias meli⁹ eſſet face
re ꝙ̃ nõ facere: vel ꝙ nõ viſitabit euȝ in
domo ſua ꝙ̃ alias melius eſſet viſitare
ꝙ̃ non viſitare ⁊ ſic de ſimilib⁹ non obli
gat ad ſeruandũ qõ iurat. De oĩbus eñ
talibus intelligit illud qõ habet. xxij.
q. iiij. In malis ꝑmiſſis reſcinde fidẽ: et
in turpi voto muta decretũ: qõ incaute
vouiſti nõ facias. Et eadẽ. q. xij. Si ali-
quid forte incauti⁹ nos iuraſſe cõtinge-
ret qõ ſeruatum vgat in peiorẽ partẽ
exitum illud ſalubri cõſilio mutandũ no
uerim⁹ ꝓpter tñ reuerẽtiã diuini noĩs i
uocati ⁊ ad punitionem temeritatis ſic
iurãtiũ ⁊ ꝓpter reuerentiã eorũ q̃ ꝑſunt
nõ eſt cõtra quelibet talia iuramenta ꝓ
pria auctoritate veniendũ: ſed eſt ad ſu-
periorẽ recurrendũ ꝙ̃ maxime vbi dubi
tat vtrũ iuramentum obſeruatum vgat
in peiorem exitum. Tertia conditio eſt
ꝙ iudiciũ ad recte nãq3 iurandũ exigit
iudiciũ diſcretionis ne ſcȝ fiat iuramen-
tũ ſine cauſa rõnali vt. ꝓ vitate cõfirmã
da ſeu teſtificanda. Unde licet ſm tho.
in tertio ſnĩarũ ⁊ bonauẽturã in expoſi-
tiõe littere veniale ſit iurare cõi ſermõe
aliqõ licitũ ſine cã: puta ꝑ deũ cras ibo
ad eccleſiã vl comedã carnes. xxv. diſ.
§. criminis. A talibus tamẽ eſt abſtinẽ-
dum qꝛ frequẽtia iurãdi eſt periculoſa:
ex ipa quippe ſepe labimur in piurium
eccleſiaſtici. xxiij. iurationi nõ aſueſcat
os tuũ: multi eñ caſus in ea ⁊ ideo cõſu
lit deus vt ſermo noſter ſit eſt ⁊ non.

## Tertium memento vt di. ⁊c.

¶ Notandũ ꝙ hoc ꝑceptuȝ ꝑtim ẽ mo-
rale ꝑtim ceremoniale. Morale quidem
quia homini precipit vt deputet aliqõ
tempus vite ſue ad vacandum diuinis
obſequis hoc eñ dictat ratio naturalis
Eſt autem ceremoniale quantum ad de
terminationẽ temporis ſcȝ diei ſeptime
in qua deus requieuit nouas ſpecies fa
cere ceſſauit: ꝑ quod allegorice deſigna

tur chriſti quies i ſepulchro q̄ fuit ſepti
ma dies. Quia igitͣ obſeruatio ſabbati
erat figura adueniēte v̄itate debuit ceſ
ſare. Et etiā ꝓpter excluſionē erroris ne
ſcꝫ forſan aliqs crederet ꝙ adhuc obli-
gatio ad ceremonias veteris legis ma-
neret. Notādū tñ ſi aliqs ob reuerētiam
dei ⁊ v̄ginis glorioſe ī die ſabbati ceſ-
ſet ab operibꝰ manualibꝰ vacādo ſpūali-
bus nō peccāt imo merentͣ. Vñ ſm Ro-
doñ. gloſatorē Ray. votū de feriādo in
ſabbato nō ē ſimpliciter irritādū vel ne-
ceſſario cōmutādū niſi vouēs ſuſpectus
ſit ꝙ iudaizare velit. Sic oꝫ intelligi il-
lud de cōſecra. diſ. iij. ꝑuenit: vbi ꝑuer
ſi eſſe aſſeruntͣ ꝓhibentes in die ſabbati
manualitͣ laborare ſicut añxp̄i putato-
res ꝑplm xp̄m iudaizare cogētes. Nō ē
ītelligē dū de his q̄ die ſabbati oꝑari ꝓ
hibēt ꝑ hꝰ inducere cōtātes xp̄ianos ad
ceremonias iudeoꝝ obligari vt ptꝫ ſatiſ
ex lr̄a. Fuit aūt obſeruatio ſabbati in p̄-
mā diē ſeptiā ne cōmutata: tū ꝓpter me
moriā creationis mūdi: qꝛ illa die crea-
uit deꝰ celū ⁊ terrā. Eū ꝓpter reuerētiā
reſurrectiōis xp̄i. In illa eñ die xp̄us re
ſurrexit ⁊ ob hoc vocata ē dies illa dies
dñica ꝓpter reſurrectiōis dñi memoriā
Eſt igitͣ dies dñica ac ceteris diebꝰ feſti-
uis ꝑ eccliam inſtitutis ceſſanduꝫ ab om̄
oꝑe ſeruili. Leuitie. 23. Omne opꝰ ſer-
uile nō facietis in eo. ¶ Circa qđ notan
dū ꝙ opꝰ ſeruile ad p̄ñs ſumitͣ dupliciter
Vnoº ꝓ corꝑali oꝑe. Cū eñ corpꝰ debe
at ſeruiliter ſubdi ⁊ aīa deſuꝑ ſedere ſi-
cut libera lō oꝑa corꝑalia p̄nt dici opera
ſuilia: Alioº opꝰ ſeruile ſumitͣ ꝓ pctō
mortali iuxta Ioh. ij. q̄ facit pctm̄ ſeruꝰ
eſt peccati. De p̄mo oꝑe ſciēdū ꝙ diebꝰ
feſtiuis vacādū eſt ab omni oꝑe corꝑali
ordinato ſicut ad ꝓximū ⁊ ꝓpriū finē ad
tꝑale bonū ꝓprij corporis vt a mechani
cis agriculturis ⁊ hmōi. qꝛ vero opꝰ qđ
eſt materialiter ſeruile ſi ordinetͣ vt ad fi
nē ꝓximū ad bonū aīe ſpirituale magis
eſt bonū liberale q̄ȝ ſeruile. Ideo ī hmōi
diebꝰ ſcolares lectiones ſuas ⁊ ſermōes
poſſunt ſcribere ſm Rich. ⁊ Rodo. qꝛ
talia oꝑa quātū ad ſuū finē ꝓximū ſunt
liberalia nō lꝫ tñ aliqđ grāde de quater-
no ī quaternū trāſcribere vt ait Ro. puta
in ſcriptura maiorē ꝑtē diei īmorando.
Sm etiā Tho. opꝰ corꝑale ꝑtinens ſiue
ad ſalutē corꝑis ꝓprij vel ꝓximi ſiue ad
vitandū dāpnū imminēs exterioris rei nō
eſt ꝯ obſeruāriā diei ſabbati. Vnde die-
bus feſtiuis licite poſſūt fieri ea q̄ neceſ-
ſitas vrget vel pietas ſuadet. Extra đ fe
rijs. cū queſtꝰ. ſuadet ꝑ pietas neceſſita
tibꝰ pauperꝝ ſubuenire. Vñ ſm Ro. ī fe
ſtis laborari pōt ad opus pauperū puta
agros coꝝ arādo vel alioº diſponēdo ⁊
ꝓpter hoc nō omittatͣ audiri miſſa. poſ-
ſunt etiam ſibi oꝑari q̄ neceſſitas vrget.
vnde Ro. Si iacētibꝰ ſagetibꝰ ī agris
ac fenis in pratis tēpeſtas īmineat aut
pluuia q̄ multū corrūperet talia a ſolo ſe
ꝑata dñi illaꝝ poſſūt idēpnitati ſue p̄ca
uere. Carnifices etiā ⁊ piſtores q̄ in fe-
ſtis p̄parāt ea q̄ vendere debēt in craſti
no ī mercato vel in ſtationibꝰ ſuis ⁊ cete
ri q̄ p̄parāt victualia in feſtis ſi nō pote-
rūt in die p̄cedēti cōmode p̄ꝑare aut p̄-
parata ſine ꝑiculo reſeruare mortaliter
nō peccāt. Nō eſt etiā dicēdū ꝙ ꝓpter
opꝰ hoc mortaliter peccent. Per hmōi
etiā neceſſitatē ſūt excuſabiles vectores
merciū ⁊ vinoꝝ ad nūdinas ⁊ ad loca re
mota cū ſine graui incōmodo nō poſſēt
in feſtis vacare abeundo ⁊ quadrigādo
Sed nunquid mortaliter peccant q̄ ad
mercata vadunt in dominica ⁊ in alijs
feſtis ⁊ q̄ȝ maxime in precipuis ſiūt. Re
ſpōſio eſt Rodoñ. ꝙ ſi aliquis hoc faci-
at aliquando pro ſua neceſſitate nō pec-
cat mortaliter. Si autem hoc faciat ex
improba cupiditate lucrandi vt faciunt
aliqui mercatores qui ꝓpter frequēta-
ta mercata et nundinas vix aut nunq̄ȝ
eccleſias intrant mortaliter peccant.
Mercata autē que fiunt đ vectualibus
cōpetentibꝰ ipſis feſtis non ſunt illicita
aut facile ꝓhibenda dū tamē ꝓpter hoc
nō dimittunt audire diuina officia.
¶ Quid de barbi munitoribus aut ve-
ctoribꝰ peregrinoꝝ ī ſuis vehiculis ſeu

iumentis aut deſferratoribꝰ equorū: Reſpondet Ro. ꝙ credit eos excuſari poſſe ſi hec faciant principaliter ꝑpter neceſſitates eoꝝ quibus opationes hmōi faciunt. illi autē qui faciunt in hmōi feſtis barbā ſibi radi ⁊ equos ferrari ſunt excuſabiles ſi ſup his nō potuerūt ante ſibi cōmode ꝓuideri. Viatores vero vł curſores nō audet Ro. cōdemnare cum etiā in lege moſaica in qua feſta cū maiori diſtrictiōe obſeruabāt liceret ꝑ mille paſſus itinerare qḋ dicit iter ſabbati: actuū primo. ¶ De ſcḋo reſpondet ⁊ qꝛ magis impedit homo n diuīs ꝑ opꝰ peccati ꝙ ꝑ opus corporale ideo plus peccat. Auguſti. melius faceret iudeus in agro ſuo ⁊c. In diebus igit feſtiuis non debet homo cōcupiſcentie vel otio vacare nec tempus irrecuperabile amittere ſed a peccatis abſtinere ⁊ ſacris opibus intendere vtpote diuine laudi eleemoſinarū largitioni peccatorū purgationi ⁊ ſacre meditationi

## Quartū: patrē ⁊ matrē ⁊c.

¶ Pater poteſt dupliciter ſumi hic ſcꝫ ꝓ carnali qui eſt principium in eſſe nature ⁊ ꝓ ſpirituali qui eſt principium in eſſe gratie: ⁊ vterqꝫ hoc ꝑcepto honorari iubet. Honor aūt ſm̄ Hiero. ī ſcriptura nō tā in ſalutationibꝰ ⁊ verbis ꝙ ī collationibꝰ munerū ſentitur. Patri ḡ carnali exhibenda eſt reuerentia ab eius offenſa ꝑcauendo ei aſſurgendo obediēdo eum in neceſſarijs ſuſtentādo. Sic ⁊ ſpiritualis eſt reuerendus ⁊ ſibi de neceſſarijs ꝓuidendum Math. x. Dignus eſt mercenarius mercede ſua ⁊c.

## Quintum.

¶ Explicite prohibetur omnis occiſio implicite vero omnis inuidia ⁊ ira ſ. l. ij. li. de inuidia: in quarto de ira. nō ꝓhibet iuſta ſed iniuſta ſcꝫ cū deeſt iuſta cauſa iuſtꝰ ordo aut iuſtus animꝰ: Deeſt iuſta cauſa eum aliquis ſine merito occidit. Ordo cum occidit ille qui non eſt legis miniſter. Deeſt iuſtus animus cum index occidit libidīe vīdicte nō amore iuſticie

## Sextum.

¶ Auguſtinus: non ſoluꝫ inhibet adulterium ſꝫ generaliter illorum membrorum: omnis illegittimus vſus et gula implicite que eſt diſpoſitio ad luxuriam: de quibus in tertio libro.

## Septimum.

¶ Non tantuꝫ furtum ꝓprie ſumptum ſꝫ etiam communiter ſumptum qḋ eſt omnis vſurpatio illicita rei aliene ſm̄ Auguſt. ſiue ꝑ vſurā rapinā ſiue fraudem.

## Octauum.

¶ Inhibetur omne mēdacium perniciosum: ſupra de veritate.

## Nono et decimo.

Prohibentur luxuria ⁊ auaricia quo ad affectum in nono ꝓhibetur cōſenſus rationis ī carnale opus: de luxuria in fine tertij libri. in decimo ꝓhibetur voluntas deliberata in iuſte accipiēdi ⁊ detinendi: alienum de auaricia in principio quarti.

## Ca. V

## Iustorum autem.

i ¶ Hic agit de modo agendi iuſtum ⁊ iniuſtum. Circa quod ꝑmittit quomodo differunt iniuſtificatio ⁊ iniuſtum dicens ꝙ iniuſtum eſt aliqua res que eſt contra iuſticiā vel naturalem vel legalem ſicut furtum. ſꝫ quādo aliqs hoc exrceet vel operat puta furando hec operatio vocat iniuſtificatio quaſi iniuſti factio: ⁊ ſimpliciter iuſficatio dicitur quando aliquis operatur iuſtum. ¶ Deinde dicit ꝙ tunc aliquis eſt iniuſtus quando id iniuſtū quod facit volūtarie facit. Et ſimiliter ille iuſtꝰ qui voluntarie operatur iuſtum. Si aute n aliquis inuoluntarie operetur nec iuſtus nec iniuſtus quo ad hoc dicitur eſt autem aliquid inuolūtarium ꝑ ignorantiam et per violentiam: vt dictum eſt ſupra tertio huius.

¶ His premiſſis dicit ꝙ aliquis tripliciter facit vel operat iniuſtū ſm ꝙ ꝯtingit tripliciter inferri alicui nocumētum Uno mō ex ignorātia iuris vel facti puta

circūſtantiarū requiſitarū ad ꝑationes
de q̄bus dictū eſt tertio huiꝰ vt ſi aliq̄s
putās ꝑcutere hoſtē ꝑcutiat patrē ⁊ ſic
de alijs: ⁊ tale peccatū eſt dignū venia d̄
quo nota q̄ dicta ſūt ibi. Scd̄oᵒ cōmitti
tur peccatū ⁊ fit iniuſtū ex paſſione vel ī
firmitate ſeu inclinatione appetitꝰ ſen-
ſitiui: puta ex ſubito motu ire. Tertio
aliq̄s opaꝛ iniuſtū ex electione et plena
deliberatiōe ⁊ talis dicitur peccare ex ma
licia. Dicitur aūt peccatū ex certa malicia
ſm ſco.. 43. diſ. ſcd̄i ſententiarum: quādo
voluntas ex libertate ſua abſq̄ errore ī
ratione ⁊ abſq̄ paſſione in appetitu ſen
ſitiuo peccat. ibi eñ eſt pleniſſima ratio
peccati q꜄ nihil aliud a voluntate allici
ens eam ad malū. Unde tale pct̄m ē ipſi
us voluntatis ſm ſe ex libertate ſua nō
cōdelectādo appetitui ſenſitiuo neq̄ ex
errore rationis. Peccatū ſiquidē ex paſ
ſione vl' in potētia dicitur appropriate eē
cōtra patrē q꜄ ei attribuitur potētia. Pec
catū autē ex ignorantia ꝯtra filiū cui ap-
propriatur ſapientia: Peccatū ex malicia
cōtra ſpiritū ſanctū cui appropriatur boni
tas. Nō dicitur aūt peccatū ex malicia ex
eo ꝙ voluntas peccās tēdat in malū in-
quātū malum q꜄ ſm Dyoni. de diuinis
nominibꝰ nullus opaꝛ malū aſpiciēs ſꝫ
q꜄ eſt in plena malicia inquātū volūtas
ex plena libertate ſine actione extrinſe-
ca elicit malum velle.

## De epieykeya Ca. VI

d Hic ariſto. determinat de
iuſto epieikeies qđ eſt ius di
rectiuū iuſti legalis. Circa quod notan
dum ꝙ humani actus de quibus leges
dantur in ſingularibus cōſiſtunt q̄ ſunt
contingentia ⁊ infinitis modis variari
poſſunt: ⁊ ideo nō fuit poſſibile vl'r le-
ges regulas inſtitui que nullo caſu pate
rent inſtantiam. Unde legiſlatores at-
tendentes ea que vt in pluribus accidūt
leges ſtatuerunt in quibus nō legis ver
ba tantū ſed legiſlatoris mens eſt obſer
uanda ⁊ ideo in aliquo caſu ꝑticulariter
nō eſt iuſtū verba legis obſeruare. Eſt
ergo neceſſaria directio iuſti legalis in
quibuſdā caſibꝰ q̄ directio fit ꝑ ius epi-
eykes qđ ſe habet vt ſpēs reſpectu iuſti
generaliter ſūpti. Omne eñ ius epiey-
kes eſt iuſtū ſꝫ nō omne iuſtū eſt ius epi
eykes ſic epikeya vel equitas eſt quedā
iuſticia q̄ eſt habitꝰ electiuꝰ talis iuſti ī-
clinans magis ad pene minorationē ꝙ̄
ad ipſius pene rigorē quā quidē habēs
dicitur vir epieykes qui ē electiuꝰ ⁊ ope-
ratiuus huiōi iuſti: verbi gratia in qua-
dam ciuitate ſtatutū fuit ſub pene capi-
tis ꝙ ꝑegrini nō aſcenderent muros ci-
uitatis ne ſcꝫ poſſint ciuitatis dominiū
vſurpare. Hoſtibus autem irruentibus
peregrini aſcendūt muros vt defende-
rent ciuitatē ab hoſtibꝰ quos tñ nō ē di
gnū capite puniri. Eſt eñ hoc cōtra ius
naturale ꝙ benefactoribus ꝓ p̄mio pe-
na reddatur. Et iō ſm ius naturale opꝫ
dirigere ius legale: Quis aūt lex patiatur
inſtantiā nihilominꝰ tñ iuſte poſita eſt.
Et defectus nō eſt ex ꝑte legis vel legiſ
latoris: ſꝫ ex ꝑte materie legis vl' ex ꝑte
actuū hūanoꝝ qui infinitis modis va-
riari poſſint vt dictum eſt. Sic etiā ī na
tura de communi lege hoīes naſcuntur cū
quinq̄ digitis cōtingit tamen quādoq̄
ꝙ naſcuntur cū pluribus q̄nq̄ paucioribꝰ
¶ Poſt cōſūmationem moraliū ⁊ intellectualiū virtutū agit cōſequēter ariſ. de ꝑtibus ꝑtinentibus ad virtutē. Et primo de quodā gradu virtutum que dicit̄ cōtinentia. Ad cuiꝰ euidentiā premittit ꝙ fugiendoꝝ circa mores tres ſunt ſpecies ſeu modi ſcꝫ incōtinētia: malicia: ⁊ beſtialitas: quibꝰ opponūt̄ ꝯtinētia virtus ⁊ virtꝰ heroyca. ¶ Pro quo notandū ꝙ in omni genere bonitatis ⁊ malicie eſt triplex gradus ſcꝫ diſpoſitio: ꝑfectio: ⁊ exceſſus: qui tres gradus ꝑ ꝓdicta deſignant̄. Primꝰ in vitio dicit̄ icōnētia vt cū quis incipit ꝓgredi in vitiis puta cū homo paſſione dominante incidit fornicationem. Scd̄s gradus dicitur malicia cū ſcꝫ ex malis operibus eſt habitus vitij generatꝰ nō tñ exeundo limites cōis malitie hoīm. Huiꝰ aūt gradus dicit̄ ꝑfectio bonū ad mala trāſferēdo ſicut homo habituatꝰ ad furandū dicit̄ ꝑfectus latro. Tertius gradus dicit̄ beſtialitas cū quis ita excedit modū humanū ī vitio ꝙ efficit̄ ſimilis beſtijs ita ꝙ iudiciū rōnis quaſi in eo videt̄ eſſe extinctū vt ſi q̄s ꝯuertat ſe ad cibū vel luxriā innaturalē. Sic in virtutibus Primus gradus eſt ꝯtinētia que eſt diſpoſitio ad virtutē vt cū quis reſiſtendo paſſionibꝰ recte opat̄ licet cum aliquali triſticia ꝓpter paſſionē nōdū ſedatā. Secūdus gradus eſt cū quis habet habitū virtuoſum ꝑ quē delectabiliter opat̄ nō tñ excedēdo cōem modū bonitatis hūane. Tertiꝰ gradus eſt cū quis in virtute eſt ita excellens ꝙ excedit modū humanū ſeu cōem ita ꝙ videt̄ totus angelicꝰ vel diuinꝰ: ⁊ talis virtus que ſic in ſummo gradu ꝑfectionis habet̄ dicit̄ heroyca. Heroycus nāq; dicit̄ ab heros id eſt dñs potens vel ſapiēs. vnde dñi potentes ⁊ illuſtres dicunt̄ heroes ꝑ qḋ deſignatur gradus in virtute ſuꝑexcellēs.

Iſti aūt tres gradus poſſunt ad numeꝝ quaternariū applicari diuidendo primū gradū in duos ſcꝫ in initiuꝫ virtutis qḋ pōt dici ꝑſeuerātia ⁊ in ꝓgreſſum vel ꝑfectū qui dicit̄ ꝯtinentia. Hec nāq; in hᵒ ſeptimo lib. cōꝑant̄ adinuicē ſicut reſiſtens ad ſuꝑans. Ad rōnē eñi ꝑſeuerantie ſufficit ꝙ aliquis ſe teneat contra impellens. Unde ꝑſeuerare nihil aliud eſt ꝙ̄ cōtra īpellens ſtare: Sed cōtinētia dr̄ ab eo qḋ eſt ſuꝑare Iſtud eñi ꝓprie ꝯtinemꝰ: qḋ in noſtra poteſtate tenemꝰ vel habemꝰ vnde ille dicit̄ cōtinēs qui ſuꝑfluas delectationes refrenat ⁊ cohibet puta tēptationes repellēdo lꝫ cū labore ⁊ ſic ad ꝯtinentē ꝑtinet vincere. Ad ꝑſeuerantē ſufficit ꝙ a triſticijs nō vincat̄. Et hoc modo heinricꝰ ponit quattuor gradus ī omni virtute morali vt recitat ſcō. 36. diſ. tertij ſuīatū. Quoꝝ primꝰ vocat̄ ꝑſeuerantia ſcd̄s ꝯtinentia: tertiꝰ tꝑantia: quartus virtꝰ heroyca. Et ſumit̄ tꝑantia ꝓ omni habitu virtuoſo per quē paſſiones ꝯtēꝑant̄ ſedant̄ ⁊ ad mediū reducūt̄. Nō poīt aūt ariſ. in principio huiꝰ ſeptimi niſi tres gradus virtutis vel vitij eo ꝙ nōdū diſtinxerat inter ꝑſeuerantiā ⁊ cōtinētiā q̄ aliquo mō vident̄ eſſe idē ⁊ ſic ꝓpter eoꝝ cōueniētiā poſſunt ad eūdē gradū reduci: tū etiā qꝛ vtrūq; eſt diſpoſitio ad virtutem.

Deinde dat exēplū de virtute heroyca adducens homerū poetā referentē priamū regem troye dixiſſe de hectore filio ſuo ꝙ erat valde bonꝰ vltra cōem hoīm bonitatē ſic ꝙ nō videbat̄ fieri mortalis filius ſed dei vnde bene poterat dici vir heroycus et diuinꝰ. Circa qḋ ꝙ iſte hector fuit pater frāconis qui quidē frāco cōgregauit ſibi comitiuā magnā militū ⁊ hominū ſtrennuoꝝ qui tandē a francone principe dicti ſunt franci Ibi autē dimiſſa troia venerūt in gallicā que nunc dicit̄ francia ex nomine habitatoꝝ ſuoꝝ ⁊ ipſi a nomine regionis habitate dicūt̄ galilci: vnde cōſtat ꝙ reges francie deſcendunt de ſtirpe illiꝰ hectoris viri heroyci. ¶ Conſequēter ꝓbat ariſ. virtu-

tem heroycā eſſe beſtialitati oppoſitam cuȝ ſe habeat ſicut ſuperexcellentia virtutis ⁊ vitij ⁊ ſic opponunť duo maxime a ſe diſtent. Signū aūt huiꝰ ē q꞉ ſicut virtus heroyca raro inueniť in hoībus ſic nec beſtialitas. Ulterius dicit ariſ. ꝙ ꝺ virtute ⁊ malicia ſatis dictū eſt in libris p̄cedentibꝰ. De beſtialitate aūt aliqͣd dicetť inferius ⁊ de cōtinētia ⁊ incōtinētia.

## Ca. ii

## Quō incōtinēs facit contra ſcientiam.

### Utrum quidem ⁊c.

¶ Hic inquirit ariſ. an īcōtinēs poſſit opari ꝯtra ſciam. Ad cuiꝰ euidentiā ſciendū ꝙ incōtinēs diciť ille q̄ ꝓpter ꝑuerſitatē appetitꝰ in agendis egrediť a iudicio rōnis agendo ſcȝ contra illud qđ ſcit eſſe faciendū. Socrates aūt dicebat hoc eē nō poſſe cū appetitꝰ ſenſitiuꝰ qui eſt inferior rōne non poſſet ſupare rōni q̄ eſt ſuperior ⁊ ſic nō videť ꝙ aliqͣs agat ꝯ ſciam ⁊ rōnē quare nōn erit aliquis incōtinēs ſm ꝺōnē incōtinentis aſſignatā ſȝ quilibet male opans opabiť ꝑ ignorātiā. Sȝ in oppoſitū huius eſt experientia Manifeſte em videmus ꝙ aliqui opanť illud qđ ſciunt eſſe malū. ¶ Pro cuiꝰ declaratione p̄mittit ariſ. ꝙ duplr̄ diciť aliqͣs ſcire. vnoͦ ſm habitū nō vtendo hmōi habitū. Alioͦ ſm actū puta cū ſciens vtiť ſua ſcientia cōſiderādo ea que ſunt illiꝰ ſcie. Et iſti duo modi multū differūt q̄tū ad hoc ꝙ aliquis agat cōtra illud qđ ſpeculať videť durū aliquibꝰ nō ſic de illo q̄ nō conſiderat actu lȝ habeat habitū: verbi gratia ſi nauta ſciens viā tutā ⁊ ꝑiculū: Si dū venit ad paſſum periculoſū nō cōſiderat actu nō eſt mirū ſi ꝑiclitetť. ¶ Conſequenter ponit ariſ. aliā diſtinctionē dicēs ꝙ duo ſunt modi ꝓprij quibꝰ vtitur rō practica ſcȝ vlis ⁊ ſingularis. nihil āt ꝓhibet q̄n habēs habitū vtriuſqȝ ⁊ etiā cōſiderās actu vl'e ſȝ nō ꝑticulare opeť ꝯ ſciam ⁊ hoc ideo q꞉ opationes ſūt circa ſingularia: verbi gratia ſi nauta p̄dictꝰ ſciat in vli fugiendū eē ꝑiculū ⁊ actu cōſideret ſciat etiā ī ꝑticulari in tali paſſu eſſe periculū ⁊ iter tutū ſi nō cōſideret actu ſe eſſe ī illo paſſu cū ibi fuerit nihil ꝓhibet q̄n ibi ꝑiclitetť ꝓpter inaduertētiā ſingularis. ¶ Ad declarationē aūt huiꝰ diſtinctiōis dicit ꝙ vl'e dupliciter accipiť: vnoͦ ꝓut in ſe cōſiderať vt ſi dicať omni hoī ꝯferūt ſicca. Alio mō ꝓut eſt in re ſingulari vt ſi dicať iſte ē homo vel talis cibꝰ ē ſiccus. vn̄ pōt cōtingere ꝙ aliqͣs ſciat in actu ⁊ in habitu vl'e ſm ſe cōſideratū ⁊ nō cognoſcat in actu vel in habitu vl'e cōſideratū in hoc ſingulari. ¶ Alteriꝰ ponit ariſ. aliā diſtictionē dicens ꝙ habitꝰ in quibuſdā hoībꝰ eſt ſolutꝰ vt ſtatim poſſit exire in actū. In alijs eſt ligatꝰ vt pȝ in dormiēte a men te ⁊ ebrioſo in q̄bus corporis diſpoſitio ꝓhibet vſuȝ rōnis: ⁊ hoc mō ſunt diſpoſiti hoīes cū ſunt in paſſionibꝰ: videmꝰ em̄ corpus trāſmutari ꝓpter paſſiones ire ⁊ cōcupiſcentie cū ex his caleſcit et q̄nqȝ in tm̄ creſcūt hmōi paſſiōes ꝙ q̄ſdā ī inſaniā deducūt. vnde tales habēt habitū in practicis ligatū. Et ſi tales dicunt ore verū circa ſingularia nō tn̄ corde: nō em̄ ſentiūt q̄ dicūt vt pȝ in ebrioſis ⁊ furioſis q̄ quādoqȝ ꝓferūt: ſcȝ demōſtratiōes ⁊ verba empedoclis q꞉ ſcȝ ꝓferunt q̄ nō intelligūt cuiuſmodi erāt verba empedoclis q̄ erāt difficilia ad intelligendū q꞉ metrice p̄hiam ſuā dicitur cōpoſuiſſe. Ponit etiā exemplū de pueris q̄ multas pulchras oratiōes ꝓferūt ſciūt aūt nequaq̄ q꞉ ſcȝ nō intelligunt q̄ dicunt. ¶ Inquirit inſup cām quare habitꝰ practicꝰ in incōtinēte eſt ligatꝰ vbi dicit ꝙ ſi in practicis fiat vna rō ex vli ꝓpoſitiōe ⁊ ſingulari tūc nō ſolū ſeqͣť ꝯcluſio ſicut in ſpeculatiuis: ſȝ etiam opatio puta omne dulce eſt guſtandū: hoc vinū eſt dulce: ꝰ eſt guſtandū facta aūt hac ratione eſt neceſſariū potentē ⁊ nō ꝓhibitū hec operari: qđ eſt verū ſi talis habeat volitionē efficacē que ſcȝ nitať illud exequi: tūc nāqȝ volūtas p̄cipit alijs po

tentijs vt hoc opent. Non aūt ſi non ſit
volūtas efficax vt docet experiētia ⁊ ta=
ctū fuit in ſexto huiꝰ. Si aūt ſub ꝓpoſi=
tione vlī nō ſumat minor ſingularis nō
ſequit cōcluſio nec opatio ſic eſt in incō
tinente: volūtas eñ in incōtinēte tracta
⁊ electa a cōcupiſcentia nō ꝑmittit ītel=
lectū applicare cognitionē quā habet ī
vlī ad ſingularia: ⁊ ſic incōtinēs habet
habitū practicū in ſingularibꝰ ligatum:
verbi gratia: Incōtinēs ſm rectā rōnē
format hāc ꝓpoſitionē: omne delectabi
le eſt ꝓſequendū volūtas aūt incōtinen
tis ꝓpter paſſionē cōcupiſcētie inſurgē
tem auertit intellectū ne ſumat ſub pri=
ma ꝓpoſitione: puta nūc tp̄us eſt inde=
bitū: qꝛ eſt tēpus ieiunij: ſed cōuertit ip
ſum ad ſumēdū ſub alia ꝓpoſitiōe hāc
minorē iſte cibus eſt delectabilis ⁊ ſic ſe
quit ꝯcluſio ⁊ opatio vitioſa: nō aūt opa
tio virtutis abſtinētie. Ex p̄dictis patet
quō incōtinēs egredit a iudicio recte rō
nis. ¶ Patet etiā ad argumētū ſocratiſ
appetitꝰ eñ ſenſitiuꝰ nō imꝑat rōni vt
ꝓſupponebat eiꝰ argumētū ſꝫ volūtas
mota ⁊ inclinata ab appetitu ſenſitiuo.
Deinde dicit ariſ. ꝙ ignorantia incōti=
nētis ſoluit tranſeunte paſſione ſicut in
dormiente vel ebrioſo tranſeunte ſom=
no vel ebrietate.

## Utrum aūt Ca. III

¶ Hic inquirit ariſ. de mate=
ria cōtinētie ⁊ icōtinētie. Cir
ca qđ p̄mittit ꝙ delectabiliū quedā ſunt
ad humanā vitā vt delectabilia guſtus
ad ꝯſeruationē indiuidui. Et alia dele=
ctabilia q̄ nō ſunt neceſſaria ſꝫ ſm ſeip̄o
delectabilia vt victoria honor ⁊ diuitie
Ubi notādū ꝙ lꝫ diuicie ſint eligibiles
ꝓpter alterū inquātū ordinant ad hono
rem ⁊ corporis neceſſitatē vt habet pri=
mo huiꝰ. Sunt tñ etiā eligibiles ꝓpter
ſe inquātū poſſunt hr̄e rationē ornatus
decoris ⁊ pulchritudinis. Delectatōes
aūt guſtus ⁊ tactꝰ licet a pluribꝰ ꝓpter
ſe eligant eo ꝙ in ip̄is quieſcit appetitꝰ
nō tñ ſunt ꝓpter ſe eligibiles ſed ꝓpter
cōſeruationē ſpeciei vel indiuidui. Tū
qꝛ impediunt vſum rōnis vt dicet infra
tū qꝛ ſunt exprobrabiles cū ſint nobis ⁊
brutis cōes de quo vide tertio huiꝰ ca.
de tēperantia. ¶ His p̄miſſis dicit ariſ. ꝙ
illi qui p̄ter rectā rōnē excedunt in dele
ctationibus neceſſarijs ſunt ſimpliciter
⁊ ꝓprie incōtinentes. Qui aūt excedūt ī
delectationibus ſm ſe eligibilibus non
ſunt ſimpliciter incōtinētes ſꝫ ſm quid
⁊ ſimilitudinarie. vnde nō dicunt incō=
tinentes ſimpliciter ſed incōtinentes lu
cri vel honoris. Cuiꝰ ſignū eſt qꝛ incon=
tinentia vitupat nō ſolū vt peccatū ſed
vt malicia quedā. Incōtinentia aūt ire
honoris vel lucri vituperat vt peccatū
tm̄. ¶ Circa qđ notādū ꝙ incōtinentia
tactꝰ ē peccatū duplici rōne vno modo
ex eo ꝙ incōtinēs recedit ab eo qđ ē ſm
rectā rōnē. Alio mō ex eo ꝙ ſe īmergit
quibuſdā turpibꝰ delectationibꝰ. Et iō
dicit ariſ. ꝙ incōtinētia vituperat nō ſo
lū vt peccatū ſed vt malicia quedam.
Incōtinentia vero eoꝝ que ſm ſe vidē=
tur eligibilia ē pctm̄ tm̄ vna rōne ex eo
ſcꝫ ꝙ incōtinēs nō ſeruat debitū modū
rōnis in cōcupiſcentia rerū ꝑ ſe appetē=
darū. ⁊ iō dicit ariſ. ꝙ talis incōtinētia
vituperat vt peccatū tantū. Eſt igit in=
cōtinentia ſimpliciter ⁊ ꝓprie circa de
lectationes guſtus ⁊ tactꝰ ſm quid cir=
ca alias. ¶ Cōſequenter cōpat incōtinē
tiā ad beſtialitatē dicēs ꝙ licet beſtiali
tates ſimilitudīarie vel large poſſint di
ci incōtinentes nō tñ ſimpliciť ſeu ꝓp̄e
qꝛ beſtialitas ē oīs ſupabūdās mali=
cia ⁊ inſipiētia ⁊ timiditas ⁊ intpantia
⁊ crudelitas. Ubi notandum ꝙ incon=
tinentia ⁊ beſtialitas nō ſunt ꝓprie idē
⁊ ſimpliciter qꝛ incōtinētia dicit p̄mum
gradū malicie vt dictū fuit ī p̄ncipio hꝰ
libri ⁊ iō beſtialitas ibi ſumpta dicit eē
oīs ſupabundans malicia in quolibet
genere vitij. Unde hic exēplificat in vi
tijs oppoſitis q̄ttuor virtutibꝰ cardina=
libus vt inſipientia opponit prudentie
timiditas fortitudini intēperātia tēpe=
rantie et crudelitas pietati ſeu iuſticie

⁊ ſic beſtialitas eſt exceſſus in omni gñe vitij vt ſi q̄s ſit ira crudelis ꝙ mulieres ꝑgnãtes ſciudat vel ita ĩtẽꝑatus vt delectatiões innaturales querat puta carnes pueroꝝ deuorando ſeu vitio ʒodomitico vtendo. ¶ Notandũ inſuꝑ ꝙ lʒ beſtialitas ſi ꝓueniat ex malitia ſeu cõſuetudĩe ſit dãpnabilis. Beſtialitas tñ egritudinalis eſt excuſabilis vt ſi aliq̄ habeant modicũ de rõnis vſu vel ꝓpt̄ egritudinẽ vel potẽtiarũ organicarũ īdiſpoſitionẽ. ¶ Uiteri⁹ cõpat incõtinentiam ꝓprie dictam ad incõtinentiã ire dicens ꝙ incõtinentia ire eſt min⁹ turpis: qḋ ꝓbat quattuor rationibus: quarum prima eſt talis: Illa incõtinentia eſt minus turpis que audit aliqualiter rõneʒ ꝙ̄ illa que nullo⁹: ſed incõtinẽtia ire aliqualiter audit rationeʒ: incõtinentia aũt cõcupiſcentiarũ tact⁹ nõ audit: ḡ incõtinentia ire eſt min⁹ turpis. minor ꝓbat̄ qꝛ ira audit aliqualiter rationẽ inquãtũ iratus quodãmodo rõcinat̄ ꝙ iniuriãtẽ oꝑtet impugnare ⁊ ꝓpter iniuriã inferre vindictã imꝑfecte aũt auditionẽ quia nõ attendit rectũ iudiciũ rõnis circa q̄ntitatem ⁊ modũ vindicte ꝓpter naturalẽ caliditatẽ ⁊ velocitatẽ colere. Uñ iracundus eſt ſimilis ſeruis qui ſunt nimis voloces qui anteꝙ̄ audiãt totum qḋ eis dicit̄ currunt ad exequẽdũ ⁊ ſic ſequit̄ ꝙ peccent in executiõne mãdati qḋ non ꝑfecte audierũt. Eſt etiã ſimilis canib⁹ qui ad primũ ſonũ pulſantis ad oſtium latrant anteꝙ̄ attendãt ſi ille qui pulſat ad oſtium ſit de familiaribus vł amicis. Cõcupiſcentia vero ſtatim qḋ apꝑhendit̄ delectabile monet ad ꝓſequendũ id abſqꝫ alio ſyllogiſmo rõnis ⁊ ſic eſt turpior. Circa qḋ notandũ ꝙ cõcupiſcẽtia dicit̄ eſſe ſine rõne nõ ꝙ auferat vſuʒ rationis ſed qꝛ in nullo ꝓcedit ſm iudiciũ rationis ⁊ quo ad hoc incõtinentia ꝓpe dicta turpior eſt incõtinentia ire. Secũda ratio ē talis ita ē magis nãlis ⁊ ſibi difficilius reſiſtit̄ ꝙ̄ concupiſcentijs exceſſiuis tactus que non ſunt neceſſe: ḡ incontinentes ſm irã ſunt magis venia digni ꝙ̄ incõtinentes ſm tactum: ꝓbat añs qꝛ incõtinentia ire magis videt̄ ſequi originẽ naturalẽ ꝙ̄ ꝯcupiſcentia. Ad quod ducit exemplũ de quodã q̄ patrem ꝑcutiens amico reꝑhendenti eum reſpondit dicens ꝙ pater eius ꝑcuſſerat patrẽ ſuuʒ ⁊ au⁹ ei⁹ ꝑcuſſerat ſuũ ⁊ oſtẽdens filium ſuum. Iſte inq̄t cum factus fuit vir etiam ꝑcutiet me hoc eñ cõnaturale eſt generi noſtro. Cõſequẽti autem tempore tractus ꝑ pedes a filio ſuo iam facto viro quando venit ad oſtium iuſſit ꝙ quieſceret allegans ꝙ patrẽ ſuum alias vitra non traxerat. ¶ Contra hanc rationem arguitur ꝙ ſecũdo huius dicitur ꝙ difficili⁹ ē pugnare cõtra voluptatem ꝙ̄ contra iram vt ait eraclitus quia voluptates inſunt nobis a principio vite. ¶ Reſpondet̄ ꝙ difficili⁹ eſt aſſidue puguare contra voluptatem ꝙ̄ contra iram quia concupiſcentia eſt magis cõtinua ⁊ ſic loquit̄ in ſcḋo dicẽs voluptates eſſe nobis contpaneas ſed ad hominẽ difficilius eſt reſiſtere ire ꝓpter eius impetum: ⁊ ſic loquitur in ꝓpoſito.

¶ Tertia ratio eſt talis is qui inſidiando nocet iniuſtior eſt ꝙ̄ qui potent̄ offendit quia cum hoc ꝙ nocet etiam decipit: ſed concupiſcentia latenter ſubintrando nocet non autem ira ſed ſubito ⁊ cum quodam impetu. Unde incontinentia ire minus turpis eſt. ꝙ autem cõcupiſcentia ſit inſidiatrix ꝓbat per hoc ꝙ quidam de venere loquen⁹ appellãt eam ciꝑgrenam doloſã ⁊ eius corrigiã ſiue ſonam dicunt eſſe variam. Uenus eñ fuit regina cipri que per luxuriam viros decipiebat et dicitur ciprigena quaſi in cipro genita per quã ſignatur cõcupiſcentia cuius corrigia dicitur eſſe varia quia concupiſcẽtia diuerſimode mẽtes ligat tenditqꝫ in bonum delectabile quod apparet eſſe bonum ⁊ tñ in veritate eſt malum. Et ad hoc adducit ar. ſto. omerum poetam dicens ꝙ deceptor. i. concupiſcẽtia furata eſt intellectũ ſpiſſe. i. valide ſeu ꝓfũde ſapiẽtiſ. ¶ Quarta rõ ē hec ꝙ irat⁹ q̄dãmȯ īuolũtarie ⁊ cũ

triſticia ledit nõ q triſtet de vindicta ſʒ
de iniuria ſibi illata. Cõcupiſcens vero
totaliter peccat voluntarie ⁊ cũ delecta
tione quare icõtinẽtia cõcupiſcẽtie tur-
pior eſt q̃ incontinentia ire. ¶ Ad eui-
dentiã pdictorũ notandũ q peccatũ i cõ
tinẽtie põt dupliciter conſiderari. vno°
ex pte paſſionis ex quo rõ ſupat ⁊ ſic in
cõtinentia cõcupiſcẽtie eſt turpior q̃ in-
cõtinentia ire q: mot⁹ cõcupiſcentie hʒ
maiorẽ inordiationẽ q̃ mot⁹ ire ppt q̃t-
tuor que hic phs tãgit q: ſcʒ motus ire
magis pticipat rõnẽ magiſq ſequit cor
poris cõplexionẽ ppter velocitatẽ mo-
tus colere irã incendentis: tũ q: ira inq̃-
rit manifeſte opari: ſed cõcupiſcẽtia que
rit latebras ⁊ doloſe ſubintrat: tũ q: con
cupiſcens delectabilit opat. Iratus au
tẽ quaſi quadã triſticia pcedente coact⁹
Alio mõ pctm incõtinẽtie põt cõſidera
ri q̃tũ ad malum qđ quis incidit a rõne
diſcedẽs ⁊ ſic incõtinẽtia ire eſt vt i plu
rimũ grauior q: pducit hominẽ ad mai⁹
peccatũ ſcʒ homicidiũ qđ eſt grauı⁹ ad
ulterio: ad qđ pducit incõtinẽtia cõcupi
ſcentie. Incõtinẽtia etiã cõcupiſcentie
dicit turpior inquãtũ eſt maioris īfamie
licet nõ ſemp ſit maioris culpe. Eſt autẽ
maioris īfamie q: eſt circa delectatiões
cões nobis ⁊ brutis multuʒ puertentes
vſuʒ rõnis recte vt ptʒ ſupra q̃rto. c. 4.

## Irca eas — Ca. IIII

c ¶ Hic cõpat ari. cõtinentiã ⁊ in
cõtinẽtiã ad pſeuerãtiã ⁊ mali-
tiã tpantiã ⁊ intpantiã que ſunt circa eã
dem materiã. Sunt eni circa delectatio
nes guſtus ⁊ tactus lʒ large poſſint ad
alia extendi. Dicit itaq q circa hmõi
cõcupiſcentias delectationũ ⁊ fugas tri
ſtitiarũ ptingit nos habere dupliciter
Aliq̃n eĩ ab ipſis vincimur ⁊ ſic dicimur
incõtinẽtes ⁊ molles. Aliq̃n vero ipſis
reſiſtimus ac ipas ſupam⁹ ⁊ ſic dicimur
pſeuerãtes ⁊ cõtinẽtes. Differũt aũt cõ
tinẽtia ⁊ incõtinẽtia a pſeuerãtia ⁊ mol
licie q: cõtinẽtia ⁊ incõtinentia ſunt cir-
ca delectationes pſeuerantia aũt ⁊ mol
licies circa triſticias cauſatas a carẽtia
hmõi delectabiliũ. Perſeuerantia eĩ in
hoc cõſiſtit q aliquis nõ recedit a bono
ppter diuturnã tollerãtiã difficiliũ ⁊ la
borioſorũ: ſicut eſt triſticia carẽtie dele-
ctabiliũ in eo qui vehementer afficit cir
ca hec cuiuſmõi eſt qui nõ hʒ pfectã vir
tutẽ modificantẽ has paſſiones huic aũt
opponit mollities. Mollis eĩ dicit q̃
de facili recedit a bono ppter triſticias
cauſatas ex defectu delectationũ q̃ſi ce-
dens debili moueti. Unde molle dicit
qđ de facili cedit tangenti. ¶ Et notan-
dũ q lʒ pſeuerãtia nõ ſit virt⁹ eo modo
quo loquit ari. in hoc ſeptimo ſicut nec
cõtinentia que eſt eligibilior ipa vt īfra
dicet. Si tñ ſumat pſeuerãtia p habitu
quo quis eligit diuturnitatẽ ſuſtinere in
q̃buſcũq operib⁹ ſic eſt virtus. Sumit
etiã aliq̃n pſeuerantia p actu hmõi vir-
tutis vſq ad mortẽ durãte. Et hoc mõ
dicit Aug⁹. in lib. de pſeuerãtia q nul-
lus põt dici pſeuerãtiã habere q̃ diu vi
uat niſi pſeueret vſq ad mortẽ. ¶ De-
inde oſtendit quõ differũt intpatus ab
incõtinente ⁊ molli. Primo quidẽ q: in
cõtinẽs nõ pſequit delectationes ex ele
ctione ſʒ ex vi ⁊ impetu paſſionis. Simi
liter mollis ducit ex tiore triſticie quã i
tendit euadere que ſequit a cõcupiſcen-
tia inquãtũ ſcʒ priuat re cõcupita. Sʒ in
tpat⁹ p electionẽ pſequit nõ neceſſitat
delectiões ⁊ fugit triſticias. Ex quo in-
fert q nõ eſt penitiu⁹ ⁊ ſic eſt inſanabil
q: ſcʒ vix põt ſanari. ¶ Ad cui⁹ euiden
tiã notandũ q ariſ. non vult ſimpliciter
negare q̃n intpatus triſtet aliq̃n de pec
cato cõmiſſo cũ dicat nono hui⁹ q pra-
ui penitudine replent ſʒ vult dicere q
nõ ita vere nec ita de facili penitet ſicut
incõtinẽs q: in eo q̃ eſt intpat⁹ volũtas
inclinat ad peccandũ ex ppria electione
vt dictũ eſt. hec aũt electio pcedit ex ha
bitu p cõſuetudinẽ acquiſito In eo autẽ
qui eſt incõtinẽs volũtas īclinat ad pec
candũ ex aliqua paſſiõe. Et q: paſſio ci-
to trãſit: habit⁹ aũt eſt qualitas de diffi-
cibili mobil: inde eſt q incõtinẽs ſtatim

penitet trāſeūte paſſiōe qḋ nō accidit ꝺ
intpato q̄nimo gaudet ſe peccaſſe eo ꝙ
ꝺ patio peccati facta eſt ꝑ habitū cōnatu
ralis. Vn̄ ꝺe talibꝰ ꝺicit ſapien̄. letant
cū maleſecerint ⁊ exultāt in rebus peſſi-
mis. Ex quo ptꝫ ꝙ intēpatus eſt multo
peioꝛ q̄ incōtinēs. Q etiā ꝓbat. p. qꝛ il
le oīno eſt ꝺeterioꝛ q̄ opat̄ aliquid turpe
nō cōcupiſcēs vel quiete .i. remiſſe ꝯcu-
piſcens ⁊ qui nō iratꝰ ꝑcutit q̄ qui iratꝰ
qꝛ ſcꝫ talis peccat ex malitia voluntatis
tū nihil vel parū habeat in appetitu ſen
ſitiuo qḋ ipm̄ alliciat ad peccandū: q̄d eī
talis faceret ſi vehemētes paſſiōes habe
ret: hmōi aūt ē intpatꝰ quare ē ꝺeterioꝛ
incōtinēte: vnde incōtinētia aſſimulat̄
egritudini curabili: intpantia vero incu
rabili. ¶ Itē malū latēs eſt periculoſius
q̄ malū manifeſtū qꝛ malū manifeſtū ꝑt
meliꝰ curari q̄ latēs. Intpantia aūt eſt
malū latēs qꝛ malicia coꝛrūpit ꝑncipiū
in actionibꝰ auertēdo ſcꝫ intellectū a cō
ſideratione finis ⁊ ꝑncipioꝝ agibilium
que ſumunt̄ a fine ⁊ ſic intpatꝰ ſemꝑ ex-
iſtimat opoꝛtere ꝑūs ꝺelectabile ꝓſequi
voluntas eñ mala excecat priuatiue et
poſitiue: vt ꝺictū eſt ſexto huiꝰ. Incōti-
nens aūt non ſic eſtimat niſi paſſione in
ſurgente: vnde extra paſſiones exiſtens
gerit illicitas cōcupiſcētias in ꝓpoſito
nō ſeq̄. Et ſic ꝺicit ariſ. ꝙ nō eſt ſimplr̄
ꝑauꝰ qꝛ in eo ſaluat̄ optimū ꝑncipiū in
quātū ſcꝫ habet rectā eſtimationē ꝺe fi-
ne, nec credit coꝛpales ꝺelectationes eē
querēdas ꝓpter ſe tāq̄ finis niſi foꝛte ī
ꝑticulari ꝺū agit. ¶ Ex ꝑdictis ptꝫ ꝙ in
cōtinētia ⁊ intpantia ſe habent vt ꝺiſpo
ſitio ⁊ habitꝰ. Cōpat vlterius cōtinētiā
ad incōtinētiā ꝺicēs. Cōtinēs eſt ratiōi
īmāſiuꝰ ⁊ nō eſt ab ea egreſſiuus qꝛ ſcꝫ
ꝓpter paſſiones nō recedit ab eo qḋ pri
us ſm̄ rectā rōnē elegerat. Incōtinens
aūt paſſione inſurgente non remanet re
cte rōni nec recte electioni. Et hoc mo-
do ꝺicit̄ agere cōtra electiōꝫ. vnde ē ali
qualiter ꝑauꝰ licet nō ſimpliciter ſicut
intpatus qui peccat ex electione. ¶ Cir
ca ꝑdicta notādū ſm̄ Tho. in pria ſcḋe

ꝙ ille q̄ peccat ex paſſiōe peccat eligens
licet nō ex electione qꝛ electio nō eſt ī eo
primū peccati ꝑncipiū: ſed īduci t̄ a paſ-
ſione ad eligendū illud qḋ extra paſſio-
nē exiſtens nō eligeret. Itē notandū ꝙ
malicia aliq̄n ſumit̄ ꝓ habitu malo ali-
q̄n vero ꝓ electione mali: habēs aūt ha
bitū malū nō ſemꝑ peccat ex habitu cuꝫ
aliq̄n peccet ex paſſione vel ignoꝛātia.
Itē notandū ꝙ lꝫ oīs peccās ex habitu
peccet ex electione cū eligat malū vt ha
beat bonū cōueniēs ſm̄ habitū ſine tam̄
habitu pōt volūtas ex ſe ipā ad malum
moueri: ⁊ ſic ex electione peccare abſq̄
inoꝛdinatione intellectꝰ vel ſenſus.
¶ Inſuꝑ cōpat incōtinētiā ad ꝑſeueran
tiā ꝺicens ꝙ ꝑſeuerare eſt ſuſtinere pu-
gnā ſed nō cōtra pugnare. Cōtinere ve
ro cōſiſtit in hoc qḋ eſt cōtra pugnare ⁊
ſupare: ⁊ ideo cōpant̄ ſicut illud cuiꝰ eē
cōſiſtit in nō vinci qḋ ꝑtinet ad ꝑſeuerā
tiā: ⁊ illud qḋ cōſiſtit in vincere qḋ ꝑti-
net ad cōtinētiā ⁊ iō cōtinētia eſt eligi-
bilioꝛ ꝑſeuerātia. ¶ Deinde comparat
incōtinentiam ad molliciē que conueni-
unt in hoc ꝙ lꝫ icōtinēs ⁊ mollis eligāt
illicitas cōcupiſcētias non ſequi vterq̄
tū adueniente paſſione ſuccūbit. Diffe-
runt tū qꝛ incōtinētia eſt circa ꝺelectatō
nes ⁊ mollicies circa triſticias cauſatas
ex ꝺefectu ꝺelectationū vt ꝺictū eſt. Et
qꝛ voluptas foꝛtiꝰ mouet attrahēdo ad
malū q̄ triſticia ꝺe carentia voluptatis
retrahendo a bono qꝛ carentia eſt puꝛꝰ
ꝺefectus. hinc eſt ꝙ incōtinēs magi ꝓ
pꝛie ꝺicit̄ vinci qꝛ ſcꝫ plus conatur īma-
nere electioni cōtra paſſiones pugnan-
do. Mollis vero ꝺicit̄ ꝺeficere eo ꝙ ſi-
ne magno conatu ab electione recedit.
Talis etiam ꝺicitur ꝺelicatus Delitia
enim eſt quedam mollicies ⁊ ſic eſt eius
ſpecies. Mollicies namq̄ refugit īoꝛdi
nate omnē triſticiā ſed ꝺelicia triſticiam
laboꝛum ꝓpꝛie refugit vt in illo patet q̄
veſtimentum ſuum trahit per lutum ad
euitandum triſticiam laboꝛis exiſtentis
in veſtimenti leuatiōe. Unde talis mol
lis ſeu ꝺelicatus ꝺicit̄.

Conſequenter dicit ariſto. ꝙ nõ omnes homines ſuccũbentes delectationibus vel triſtitijs dicunt incõtinentes vl' molles ſed ſolum illi qui vincunt a paſſionibus quas multi ſeparant. Vinci eñ a fortibus ⁊ ſupexcellentibus delectationibus ⁊ triſtitijs nõ eſt admirabile ſ3 magis cõdonabile vel dignũ venia du3 tamen hõ initatur contra huiõi paſſiones pugnare et nõ ſtatim cedat vt ſiqs nitat a riſu cõtinere nõ tamen valeat.

Deinde ponit duas ſpecies incõtinẽtie. quarum vna dicitur irrefrenatio que eſt in his que ſuperueniente cõcupiſcentia ſine aliquo cõſilio ſtatim eam ſequitur cuiuſmodi ſunt colerici ꝓpter velocitatem colere et melãcolici qui propter terreſtrem cõplexionem vehementer inflammant ſicut terra accenſa vehementer ardet. Si autem tales cõſiliarentur nõ ducerent a paſſiõe ſicut illi qui futurã pugnam ꝓuidẽtes ſeipſos ꝓtitulãt ſeu ſtimulant rõnem ſuam exercendo ad reſiſtendũ cõcupiſcẽtie ſi ab alijs ꝓus ſtimulant non mouent nec vincunt Alia ẽũt ſpecies dicit debilitas que eſt ĩ his que ſupueniente cõcupiſcentia cõſiliantur poſtea tñ a paſſione vincunt qꝛ debiliter inherent cõſiliatis ꝓpter molliciẽ cõplexionis vt cõtingit in flegmaticis ⁊ mulieribus que ꝓprie nõ dicunt incõtinẽtes qꝛ de facili vincunt ꝓpter fragilitatem cõplexionis. Unde vt in pluribꝰ nõ ducũt ſed ducunt d facili paſſiones ſequendo. Inſup ꝯ compat ariſ. cõtinẽtiã ad tꝑantiã dicens ꝙ cũ cõtinẽtia eſt vehementia paſſionũ ⁊ nõ cũ tꝑantia ꝑ ipſam eñ ad mediũ reducunt ⁊ ſic continentia ⁊ tꝑantia ſe habent ſicut diſpoſitio ⁊ habitus. Circa qḋ notandum ꝙ Cõtinẽtia põt ſumi tripliciter: vno modo ꝓprie vt ſc3 importat reſiſtentiam rationis ad concupiſcentias prauas que ſunt in homine vehementes ⁊ ſic ſumitur in ꝓpoſito hoc modo temperantia ẽ melior quia per ipſam appetitus ſenſitiuus eſt rationi ſubiectus ⁊ quaſi a ratione domitꝰ: non autem per cõtinentiã. Unde continẽtia hoc modo non eſt virtus ſed diſpoſitio ad virtute3. Scḋo modo continentia ſumit ꝓut importat ceſſationem ab omni delectatione venerea ⁊ ſic ſe extendit ad cõtinẽtiã virginalem ⁊ eſt melior tꝑãtia ſumpta cõmunit ſicut virginitas melior eſt caſtitate matrimõniali: ⁊ hoc modo dicit ſapiens ꝙ nõ eſt digna ponderatio anime cõtinentis in genere ſc3 caſtitatis qꝛ fecũditas carnis que querit in matrimonio nõ adequat continentie virginali vel viduali. Tertio modo ſumitur ꝓ omni abſtinentia a rebus illicitis ⁊ ſic etiam dicit ꝙ omnis ponderatio non eſt digna anime cõtinentis qꝛ nõ reſpicit eſtimatiõe3 ponderis auri vel argenti.

## Ca. V

## De delectatione ⁊c.

Quia virtutes morales ſunt circa delectationes et triſticias agit cõſequẽter ariſ. de delecãtione. Circa qḋ ꝓmittit quãdã diſtinctionẽ boni dicens ꝙ bonũ eſt duplex: qḋdã eſt bonũ ſimpliciter vt illud quod ẽ bonum oĩbus eandẽ naturã ꝑticipantibus puta prudenter viuere eſt bonũ oĩbus hominibus. Aliud eſt bonũ ſm qḋ qḋ ſc3 eſt bonũ alicui vt ſumere medicinam eſt bonum infirmo. Deinde declarat quid eſt delectatio dicens ꝙ eſt operatio nõ formaliter ſed cauſaliter. eſt eñ delectatio paſſio cõſequens operationem nõ impeditã ꝑ quã potentia iungitur ſuo obiecto cõnueniẽto namq3 conuenientis cũ eo cui cõuenit eſt delectabile. Et dicit habitus qui eſt ſm naturam id ẽ habitus naturalis vel habitus qui eſt conſonus nature cuiuſmodi ſunt habitus virtuoſi. Operationes eñ virtuoſe ſunt maxime delectabiles quãdo cõſequunt habitus generatos. Nõ ſic de operationibꝰ ꝓcedẽtibꝰ ex qbꝰ habitꝰ generant qꝛ plerũq3 habẽt triſticiã admixtã: vñ nõ ſũt ſimplr delecãbiles ſ3 ſ3 qḋ Delectationes ẽt corꝑales l3 ſint bone ſm qḋ nõ tñ ſimpliciter cum impediant

vſum rõnis vt dictũ eſt in p̄cedẽtibus.
¶ Inſup oſtendit aliq̄ delectationẽ eẽ
optimã q2 oĩa appetũt ⁊ ꝓſequunt̃ dele
ctationẽ nõ ſolũ beſtie ſ3 etiã hoĩes qḋ
eſt ſignũ eſſe aliquã delectationem opti-
mã q2 fama nõ oĩno ꝑdit̃ quã multi po-
puli famãt. Nec obſtat q̄ nõ oẽs appe-
tunt eãdẽ delectationẽ q2 l3 non omnes
hoĩes appetẽt eandẽ delectationẽ appe-
titu ſenſitiuo vel intellectiuo tñ appetũt
eandẽ appetitu naturali. Natura eñ in
clinat in eandẽ delectationẽ ſicut in op-
timã ſc3 in cõtẽplatione ſũmi boni. Un̄
dicit ariſ. q̄ oẽs habẽt naturaliter in ſe
ipis qḋdã diuinũ ſc3 inclinationẽ natu-
ralẽ in beatitudinẽ a deo ſibiipis indi-
tã. ¶ Conſequẽter dicit ariſ. q̄ quedam
delectationes ſunt valde eligibiles ſc3
bone vt delectatiões que ſunt in oꝑatio
ne virtutũ. Alie aũt nõ vt ſunt corꝑales
que ſibi vendicauerũt nomẽ delectatio-
nis q2 ſunt magis cognite ab hoĩbus ⁊
ampli⁹ ab eis querunt̃ que l3 ſint bone
ſm q̄d ⁊ vſq3 ad aliquẽ gradũ vel mẽſu
rã debitã vt p3 in delectatione ſompni
cibi ⁊ pot⁹: exceſſus tñ ⁊ ſuꝑhabundan
tia eſt vituꝑabilis ⁊ fugiendus. ¶ Ulte
rius aſſignat rõnẽ quare corꝑales dele-
ctationes vident̃ eligibiliores l3 nõ ſint
q2 ſunt medicine quedã ad repellendu3
triſticiã. Qũ eñ hoĩes oẽm triſticiã fugi
ant indigẽt delectatione ad ipam repel
lẽdã. Et q2 hoĩes ſolũ ſenſib⁹ ſhercies
delectationes ſpirituales nõ habẽt nec
exꝑiunt̃ ideo ad corꝑales ſe cõuertũt q̄
ipſis vident̃ vera bona tũ q2 alias nõ ꝑ-
cipiunt: tũ q2 menſurant̃ non ſolũ ex ſui
natura ſed etiam cõtrario qḋ expellunt
⁊ ꝓpterea querunt̃ valde q2 apparẽt po
ſite iuxta ſuũ cõtrariũ. Sicut delectatio
pot⁹ magis appet ſi fuerit ſitis ⁊ iõ illi
qui querũt delectationẽ pot⁹ ꝑparãt ſi-
bi ſitim p cõmeſtionẽ ſalſorũ. ¶ Deinde
declarat quõ triſticie q̄ p delectationẽ re
pellũt̃ ꝓueniũt hoĩb⁹ multipliciter aĩal
eñ vigilãs eſt in laboribus ꝓpter cor-
poris cõmotionẽ ⁊ potẽtiarũ organicarũ
oꝑationũ. Labor eñ eſt cõtriſtatiu⁹ in
iuuenib⁹: aut ꝓpter augmẽtationẽ max
ime fiunt cõmotiones ſpirituũ ⁊ humo-
rũ vt etiã accidit vinolẽtis: ⁊ iõ ꝓpt̃ hu
iuſmodi laborẽ iunctus plurimũ querit
delectationẽ. Melãcolici etiã q2 corpus
mordet̃ ꝯtinue ⁊ cõſumit̃ patit̃q3 corro-
ſionẽ ꝓpter malã eorũ cõplexionẽ3 ideo
habent frequenter appetitũ delectatio-
nis p quã hmõi triſticia repellat̃. Et in
de eſt q̄ plerũq3 fiũt intꝑati ⁊ praui. Ex
pellit aũt delectatio ſi ſit fortis nõ ſolu3
triſticiã cõtrariã ſ3 etiã cõtingentẽ puta
delectatio cibi nõ ſolũ expellit triſticiam
famis ſed etiã aliã ſi fortis fuerit q2 ſc3
totã aĩe intentionẽ ad ſe trahit. ¶ Cir-
ca p̄dicta notandũ q̄ ꝓp̄ triſticia effugan
da expedit aliqñ recurrere ad remediu3
delectationu3 qḋ fieri bñ poteſt ⁊ male
Male quidẽ recurrẽdo ad delectatiões
nociuas ſiue ſuꝑhabũdãtes ⁊ ſuꝑfluas
volupta⁹ corꝑales. Bene vero recurrẽ
do ad nccarias delectatiões ſeu ad mẽ-
tales de quib⁹ ait ſapiẽs. Nõ eſt dele
ctamentũ ſuꝑ cordis gaudiũ. De hmõi
aũt delectationib⁹ ſpũalib⁹ dicit cõſeq̄n
ter ariſ. q̄ nullã hñt ſuꝑhabũdantiã q̄
ſc3 ſit vitioſa cum de natura ſua ⁊ ſm ſe
ſint bone. Et fundat̃ hoc dictu3 in illa
cõſideratione topica. Si ſimpliciter ad
ſimpliciter ⁊ magis ad magis ⁊ maximũ
ad maximũ que h3 veritatẽ in his que
ſm ſe ſunt talia ⁊ nõ ſm accidẽs q2 eñ
intelligere ſm ſe eſt bonũ magis intelli
gere eſt magis bonũ ⁊ maxime intellige
eſt maximũ bonũ. Nõ ſic aũt in his que
ſunt ſm accidẽs. Nõ eñ ſi bibere eſt bo
nũ magis bibere eſt magis bonũ q2 bi-
bere nõ eſt bonũ ſimpliciter ſm ſe ſ3 ſm
accidens in quãtũ ſc3 eſt remediũ ad tri-
ſticiã ſitis effugandã. ¶ Conſequẽter di
cit ariſ. q̄ nullũ idẽ obiectũ eſt ſemꝑ ho-
mini delectabile. Cuius rõ eſt q2 natu-
ra noſtra nõ eſt ſimplex ſed ex multis cõ
poſita ſc3 ex corꝑe ⁊ aĩa ⁊ ſic eſt ex vno i
aliud tranſmutabilis: ⁊ illud qḋ eſt natu
rale ſm vnã ptẽ eſt p̄ter naturale ſm aliã
am: ſicut contẽplari eſt naturale hoĩ ex
ꝑte intellect⁹ ſed eſt p̄ter naturale ex ꝑte

 

potentiarum organicarum q̄ laborant in cōtēplādo: ⁊ iō ꝯtēplatō nō ē ſp̱ delectabilis. vñ hoīb⁹ ē delectabil' trāſmutatio. ꝓpt̄ defectū nature q̄ nō p̄t ſp̱ ī eadē diſpoſitōe cōſiſtere. ¶ Per oppoſitū autē q: d̄s ē ſimplex ⁊ īmutabilis ſēp̱ gaudet vna ⁊ ſimplici delectatōe quā ſcȝ h̄ȝ ī cōtēplatōe ſuiipius q̄ ē ſibi delectābiliſſima. Delectatio enī q̄ ē abſqꜫ mutatōe maior eſt q̄ illa q̄ ē in motu: eſt enī in fieri ideo impfcā: q̄ aūt ē in q̄ete ē in eē ꝑfecto. Et notādū q̄ d̄s ē ita ſimplex q̄ nec ē cōpoſitus nec alteri cōponibilis: nō ſic aūt creatura vt magis h̄ȝ videri in libris ſentē. in primo. diſt. 8. q. 1.

# Incipit octauus li. ethi.

## Eſt hec autem.

¶ In p̄cedenti libro egit ariſt. de cōtinētia q̄ ē q̄dā impfectiſſimū genere virtutū: h̄ ꝯſ̄r determinat de amicicia q̄ ē virtutis effect⁹. Q̄ autē ad moralē de ipa cōſiderare ptīneat probat multipl'r: p̄mo q: amicitia ē q̄dā v̄t⁹ vel cū v̄tute. ¶ Ubi notādū q̄ amicitia eſt v̄tus inq̄ntū ē habit⁹ electiu⁹ diſpōnēs hoīem ad cōicādū ſe ꝓximo in q̄ntū p̄t ſ̄m Sco. di. 34. tercij ſen. Eſt etiam cū virtute inq̄ntū v̄tus moral' ē cā amicicie vere. Perfecta enī amicitia nō eſt niſi bonoꝝ ⁊ ī virtute ſimiliū: vt videbit̄ in ꝯſequētib⁹. Itē arguit ariſto. q̄ moralis p̄hia d̄ȝ determiāre d̄ his q̄ ſūt neceſſaria bonitati vite humane. hmōi autem eſt amicitia: q̄d ex hoc pȝ: q: null⁹ eligit viuere ſine amicis lȝ haberet oīa alia bona exteriora. Illis enī q̄ maxīe poſſidēt vt ſūt diuites ptātes ⁊ principat⁹ h̄ntes maxime vidētur amici neceſſarij: primo quidē ad vſū hoꝝ bonoꝝ q̄ ē, enī vtilitas bonoꝝ fortune ſi poſſidētes ex his nulli b̄ñfaciāt. B̄ñficiū aūt maxīe et laudabil'r fit ad amicos. Secūdo ad ꝯſeruatōnem taliū bonoꝝ q̄ ñ p̄ñt ꝯſeruari ſine amicis q: bona fortuna q̄nto ē maior tāto min⁹ ſecat̄. Exn̄tib⁹ etiā ī paupertate ⁊ reliquis infortunijs ſūt vtiles amici q: ſūt eorum ſingl'are refugiū. Sūt etiā neceſſarij omni etati iuuenib⁹ q̄dē vt ꝑ amicos cohibeātur a pctō: ſupiorib⁹ v̄o ad famulatū. Adultis aūt ad bonas actōes exequendas. Unus enī amicus aliquē auxiliatur in exīiori actōe et intellectuali opatōne dū vn⁹ videt q̄d ali⁹ videre nō vȝ. Itē videm⁹ q̄ generātis ad genitū ē nāl' amicicia nō ſolū ī hoīb⁹ ſȝ etiā ī alijs aīalib⁹. Laudam⁹ etiā hoīes humanos q̄ ſūt apti ad ſocietatē et familiaritatē. Per amicitiā etiā vidētur ciuitates ꝯſeruari. vñ legiſlatores magis ſtudēt ad ꝯſeruādāȝ amicitiā et cōcordiā q̄ iuſticie rigorē. in penis nāqꜫ inferēdis q̄nqꜫ iuſticia omittit̄ ne diſſēſio oriat̄. et hoīb⁹ exn̄tib⁹ amicis nō ē nc̄cria cuſtodia ꝓp̄e d̄cā q: habȝ oīa q̄ſi coīa. Iuſti aūt indigent amicitia adinuicē. Laudam⁹ etiā amatores amicoꝝ ⁊ q̄buſdā vidēt̄ eē idē viri bōi ⁊ amici. ¶ Inq̄rit ꝯſ̄r ariſ. dīonem amicitie ex obicō q̄d ē amabile. Circa q̄d dicit q̄ amabile ē triplex ſcȝ aut bonū aut delectabile aut vtile. Eſt aūt vtile amabile ꝓpt̄ alid̄. Bonū aūt ⁊ delectabile ꝓpter ſe ſūt amabilia vt finis. Ad cui⁹ euidētiā ſciēdū q̄ ꝑ bonū intelligit h̄ ariſ. bonū honeſtū: licet enī amabile ſit idē q̄d bonuȝ ſit qꜫ triplex amabile ſeu bonū ſcȝ honeſtuȝ delectabile ⁊ vtile bonū tñ honeſtū dicitur bonū ſimplicit̄ ⁊ ſine determiatōe eo q̄ eſt ꝓpt̄ ſe amabile appetitui rōnali cum ſit in ſe bonū cuiuſmōi ſūt virtutes. Diſtinguūtur aūt iſta tria bona ſ̄m rōem tātū. Nā honeſtū d̄r aliud ſ̄m q̄d h̄ȝ q̄ndā excellētiā dignā honore ꝓpt̄ ſp̄ūalē pulchritudinē ſeu decorē: delectabile autem inq̄ntū quietat appetitū. Utile v̄o inq̄ntū refert̄ ad alid̄ cuiuſmōi ſūt diuitie. nō aūt d̄ñt ſubicō. Idē enī puta v̄tus ē bonū honeſtū q: honor ē p̄miū v̄tutis: et ē bonū delectabile q: in ei⁹ opatōe quieſcit appetitus intellectiu⁹: ⁊ ē bonū vtile inq̄ntū ordinat̄ ad felicitatē. ¶ Et notādū q̄ in pluribus ē delectabile q̄ honeſtū vel vtile: q: oēe honeſtū ⁊ vtile ē aliq̄l'r delectabile ſȝ nō ecōuerſo. vt pȝ de corpali voluptate q̄ ē delcābil' ſȝ non

honeſtā. Et licet ſit ꝑpꝰ ſe appetibilꝰ appetitu ſenſitiuo: non tñ appetitu rõnali. vẽdicauit tñ ſibi nomẽ delectatõis quia magiſ ab hoĩbus cognoſcitꝰ: vt dictum ẽ in fine ſeptimi huius. Notandũ inſuper qꝛ licet honeſtũ ad multa extẽdatꝰ ꝑpꝛe tamẽ loquẽdo in idẽ refertꝰ cũ ꝟtute. Vñ a tulio in q̃ttuoꝛ ꝑtes diuiditꝰ ꝑncipales aº rethorice. Honeſtas aũt ſm yſido. dꝛ quaſi hõris ſtatꝰ. honoꝛ aũt maxie debetꝰ hominibꝰ ꝑpꝰ ꝟtutis excellẽtiã. honeſtũ eſt etiã ſm Tuliũ qđ ſua vi nos allicit ꝛ ſua dignitate trahit. Et augꝰ dicit in liº 83. q̃ſtionũ: Honeſtatẽ voco intelligibilẽ pulchritudinẽ. Et ſubdit poſtea qꝛ multa ſũt pulchra viſibilia q̃ minꝰ ꝑpꝛe honeſta appellãtur. Cũ igitꝰ virtꝰ habeat quãdã ſpũalẽ decorẽ ꝑ quã reddit appetibil nõ immerito nomen honeſti ſibi vẽdicauit.

¶ Ubi vlteriꝰ notãdũ qꝛ ad rõem pulchritudine decori cõcurrit claritas ꝛ debita proportio. Vñ dꝛ Dyoñ. de diuis nominibus qꝛ deus dꝛ pulcher ſicut vniuerſoꝝ cõſonãtie ꝛ claritatis cã quare pulchritudo coꝛpis in hoc cõſiſtit qꝛ hõ habeat mẽbra coꝛporis bñ ꝓpoꝛtiõata: ſꝫ ſpũale rõis claritatẽ. hoc aũt fit ꝑ ꝟtutẽ q̃ ſm rõem moderatꝰ hõies humãos. qꝛ ꝗ ꝟtꝰ ẽ decoꝛ ſpũalis immerito retinet nomẽ honeſti.

¶ Itẽ notãdũ qꝛ licet ſint aliq̃ excellentioꝛa ꝟtute ꝛ magiſ honoꝛãda vt deus ꝛ beatitudo q̃ ſũt ꝟtutis finis qꝛ tñ huiõi non ſũt nobis ita nota ſicut virtutes ſcꝫ quas q̃tidie opamur: ideo virtꝰ ſibi magis vẽdicat nomẽ honeſti. Transfertꝰ qꝫ nomẽ honeſti ad exterioꝛẽ ꝓſꝑitatẽ cuiuſmodi ſũt nobilitas potẽtia honoꝛ ꝛ diuitie q̃ tñ ita coadiuuãt ad opatões virtutiſ. Vñ ſapiẽs ait paupertas ꝛ hõeſtas. i. diuitie a deo ſũt ſeu inq̃ntũ excellẽtia diuitiarum facit hoĩem hõre dignũ ſm vulgi opinionẽ. ¶ Deinde dicit ariſto. qꝛ vnuſquiſqꝫ videtꝰ amare nõ illđ q̃d bonũ ẽ ſimplicitꝰ: ſed illđ q̃d ẽ bonũ vel apparẽs bonum.

¶ Probat vlterius qꝛ amicitia nõ ẽ ad inanĩata qꝛ ad amicitiã reqritꝰ reamatio amati ad amãtẽ: ſꝫ inanimatoꝝ nõ ẽ reamatio: ꝗ ad ipa nõ ẽ amicitia. Itẽ omni animato ex amicitia voluntꝰ bonũ illius grã: ꝛ tales ſic amãtes dicũtur beniuoli: ſed in aniatis ñõ voluntꝰ ipoꝝ grã: ꝗ ad illa nõ ẽ amicitia. ꝓbat minoꝛẽ: qꝛ ridiculꝫ eſt dicere qꝛ aliq̃s velit bonũ vio ipiꝰ grã Sꝫ ſi aliq̃s vult viũ ſaluari vult hoc vt habeat ipm vinũ. Vñ talꝰ nõ amat vinũ amoꝛe amicitie ſꝫ ꝯcupiſcẽtie. ¶ Dicit inſuꝑ qꝛ optet qꝛ amicitia ſit beniuolentia in ꝯpaſſis vi ſcꝫ ſit amoꝛ mutuus amati ad amãtẽ. Opoꝛtet etiã qꝛ iſta beniuolẽtia nõ ſit latẽs. Aliqui enĩ q̃m nũq̃ ſe viderũt pñt hrẽ mutuã beniuolẽtiã ex audiditu bonitatis vtriuſqꝫ: ſꝫ iſti ꝑpꝛe nõ dicũtur amici cũ eoꝝ beniuolẽtia ſit occulta. Patet igitꝰ ex pdictis qꝛ amicitia eſt mutua ꝛ manifeſta beniuolẽtia ꝑpꝰ aliquod trium predictoꝛum amabilium.

## Sunt autẽ. Ca. ii.

¶ Inueſtigata amicitie dĩone agit phũs de eius ſpẽbus dicẽs tres eſſe ſpẽs amicitie ſm numeꝝ amabiliũ ſcꝫ amicitia ꝑpꝰ bonũ: amicitia ꝑpꝰ delectabile ꝛ amicitia ꝑpꝰ vtile. In vnaq̃qꝫ harũ ſaluatꝰ rõ amicitie: ꝛ ſm hoc pñt tria hoĩes velle bona ad inuicẽ puta ſi amãt ſe ꝑpꝰ ꝟtutẽ volũt ſibi bona ꝟtutiſ: ſi ꝑpꝰ vtilitatẽ volũt ſibi bonum vtile. et ſic de alijs. Deinde dicit qꝛ amicitia que eſt ꝑpꝰ delectabile ꝛ amicitia q̃ ẽ ꝑpter vtile ñõ ſũt vere amicitie ſꝫ ſm accñs: qꝛ in talibꝰ vnꝰ ñ amat alteꝝ ſm ſeipm ſꝫ ſm qꝛ ab ipo accipit cõmodũ vel delectationem. vnde tales amicitie ſũt de facili ſolubiles: qꝛ ceſſãte cõmodo vꝰ delectatõe que erat cauſa amicitie ceſſat talis amicitia. ¶ Inſuꝑ dicit qꝛ amicitia vtilis eſt maxime in ſenibus qꝛ nõ q̃rũt delectabile qꝛ in eis deficit caloꝛ naturalis ſꝫ q̃rũt vtile ſcꝫ ꝓpter nature defectum ꝛ experientiã penuriarũ quas paſſi ſũt. Amicitia aũt delectabilis maxime eſt in iuuenibus qui ducũtur a paſſionibus.

¶ Agit cõſequẽter de amicitia honeſti dicẽs qꝛ amicitia bonoꝝ et ſm virtutem ſiĩm eſt perfecta: quia iſti volũt ſibi bona ſm qꝛ ſũt boni ꝛ ꝓpter ſeipſos ꝛ non ſm accñs. Perfectio etiã huiꝰ amicitie patet qꝛ ſibi nihil deeſſe eoꝝ q̃ ad verã ami

citiã reqrũtur. In illa eni cõiũgũtur om
nes rationes amandi cuʒ illud quod ſm
ſe eſt bonũ puta virtus ſit delectabile et
vtile: vt patet ex p̃cedentibus. Illi etiaʒ
q̃ ſũt ſimplicit̃ boni ſunt ſibijnuicẽ vtiles
ꝛ delectabiles ꝓpter ſimilitudinẽ virtu
oſarũ actionũ q̃ multũ ꝯfert ad amicitiã.
Vñ amicitia ẽ q̃dã ſilitudo. Eſt aũt hec
amicitia rara inter hoĩes: tum qꝛ rari ſũt
hoĩes virtuoſi: tũ qꝛ talis amicitia indi-
get longo tp̃e vt mutua aſuetudine vnꝰ
appareat alteri dignꝰ amari. Eſt etiam
hec amicitia intranſmutabilis ꝛ diutur-
na: tũ qꝛ virtꝰ q̃ eſt cauſa eius ẽ habitus
ꝑmanens: tum qꝛ in amicitia bonoꝝ nõ
reꝑitur aliq̃d quod cõtrarietur amicitie.
Nõ eñ non credit faciliter maluʒ de illo
quẽ multo tẽꝑe ꝓbauit et nunq̃ inuenit
aliq̃d iniuſtũ facientem: Non ſic de alijs
amicitijs que non ſunt vere amicitie ſed
tantũ ſimilitudiarie. Unde ſm tres ami
citias nõ ſũt homĩes dicendi amici. Ta
les tamen vocamus amicos ſequẽdo cõ
ſuetudinẽ hominũ cõiter loquentium q̃
tales conſueuerunt amicos appellare.
Sunt aũt hee amicitie ſm ſimilitudineʒ
qꝛ vna eſt propter delectabile: alia ẽ ꝓp
ter vtile: quoꝝ vtrunq; ineſt vere amici
citie. ¶ Conſiderat cõſequẽter Ariſto. d
amicitia per comparationem ad proprium
actum vbi dicit ꝙ ſicut in alijs ꝟtutibꝰ
quidã dicũtur virtuoſi ſm habitum ꝛ q̃-
dam ſm operationem: ita etiam in ami-
citia quidã dicũtur amici inquantũ adin
uicem cũ delectatõne viuunt ꝛ ſibijnui-
cem bene faciũt. Quidã vero non opan
tur actu oꝑa amicitie ſed tamẽ ſũt diſpo
ſiti ſm habitũ inclinãtẽ ad hmõi oꝑa: ſi-
cut patet de amicis dormientibus vel lo
caliter ſeparatis. Loca eni nõ diſſoluũt
amicitiam ſimpliciť ſed oꝑatõnem ami-
citie. Eſt eni amicitia habitus de diffici
li mobilis: põt tñ deficere ꝓpter defectũ
actus: vt patet in his que a ſe nimis di-
ſtant. Diuturna eni ſeꝑatio facit obliui-
onem amicitie p̃cedentis: Sic etiã ami-
citia deficit quãdo vnus alteri nõ collo-
quiť nec cõuiuit: vt patet in hominibus
ſeueris alios in verb̃ ꝯtriſtãtibꝰ cũ q̃bus
vix p̃t hõ diutius cõuiuere: ꝛ ſic ꝓpť de
fectũ cõuictus deficit amicitia. nihil eñ
ſic eſt proprium amicoꝝ ſicut delectabiľ
cõuiuere. Unde ſeueri et ſenes lʒ ſint q̃-
buſdã beniuoli et benifici nõ tamẽ ita ci
to efficiuntur amici ſicut iuuenes: qꝛ nõ
ita delectabiliter conuiuũt. Declarat
rurſus q̃uo amicitia bonorum eſt maxĩe
amicitia qꝛ ſũt amabiles ꝛ delectabiles:
tum qꝛ ſũt boni in ſe: tuʒ qꝛ ſũt boni ami-
cis. Readamatio etiã bonorũ eſt ex ele-
ctione ꝓcedente ab habitu amicitie. Nõ
aũt ex paſſione ſm quã optamꝰ alijs bo-
na noſtri gratia et nõ gratia ſui. Eſt etiã
ipſoꝝ amoꝛ cum q̃dã eq̃litate bonũ eq̃le
ſibi tribuẽdo. Unde amicitia eſt quedaʒ
equalitas retributõnis. In ipa ei aliqñ
fit recõpenſatio delectabilis ꝓ delectabi
li vľ vtilis ꝓ vtili: aut vtilis pro delecta
bili. ¶ Notanduʒ ꝙ iuſticia ẽ equalitas
circa reddere: amicitia vero circa tribue
re ꝛ retribuere. ¶ Deinde dicit ꝙ diffici
le eſt habere plures amicos ſm ꝑfectam
amicitiam qꝛ in ipa opꝫtet ex aſſuetudine
exꝑientiã accipe de amico: hoc aũt eſt val
de difficile in multis. In alijs ꝟo duabꝰ
amicitijs ſcilicʒ vtilis ꝛ delectabilis nõ
ſic ẽ difficile: qꝛ ibi non ſic requiritur ex-
perientia longi tp̃is ſʒ ſufficit vt in pau
co tp̃e ſibijnuicẽ ſubmiſtrẽt delectatõeʒ
vel vtilitatẽ. ¶ Cõſequẽter dicit ꝙ ho-
mines in poteſtatibus conſtituti q̃rũt
amicos delectabiles putaʒ hiſtriones ſeu
ioculatores ad delectationem et amicos
vtiles puta aſtutos homĩes ad negotia
ſua cauta exequenda. Nõ ſic aũt querũt
amicos virtuoſos. Nos tñ q̃nq; q̃rũt ip-
ſis tanq̃ melioribꝰ deferẽᵉ exiſtimãtes tñ
ab ipis excedi ĩ ꝟtuᵗᵉ q̃tũ ĩ illos excedũt
in poteſtate. Capitulum Terciũ.

## Altera aũt.

¶ Hic cõſiderat Ariſto. de amici
tia que conſiſtit inter ꝑſonas in-
eq̃les vbi dĩt ꝙ p̃ter p̃dictas amicitias q̃
in eq̃litate ꝯſiſtũt inueniuntur quedam
amicitie in quibꝰ vna ꝑſona excedit aliã
ſicut eſt amicitia pr̃is ad filiũ ſenioꝛis ad

iuniorē viri ad vxorē ⁊ generalr̄ oīs imperātis ad impatū. Drūt aūt hmōi amicitie ꝺno mō ꝑm diuersas relatōes superhabūdātie. Alia est eīn relatō patris ad filiū ⁊ dn̄i ad seruū. Alio mō ꝑm diuersā relatōem superexcedētis ad superexcessum: vt patris ad filium ⁊ filij ad patrē. Aliꝺ enī opus ē patris ad filiū ⁊ econuerso. Alia enī ratione pater amat filium ⁊ filius patrem: ⁊ sic cū sint varia motiua huiusmōi amicitiarū sequit̄ ꝙ amatōes actuales et amicitie habituales erūt alie.

¶ Deinde docet quō huiōi amicitie cōsuentur dicēs cū filij retribuūt parētibus illud qꝺ oportet generātibus dari puta subiectionē obsequium et reuerētiā. Parētes aūt retribuūt filijs qꝺ oportet ipīs dari puta educationē seu nutrimētū ⁊ disciplinā tūc eoꝝ amicitia fiet māsiua ⁊ epickes id est virtuosa. et sic ꝺ viro et vxore alijs ꝗ dicendū ē cōformiter. Et in hac amicitia ē ꝑuāda q̄dā analogia seu quedam equalitas proportiōis vt scʒ melior velli or vel excellentior plus amet alios autē minus ita ꝙ ꝑm excessum ꝑsone ad ꝑsonā sit excessus amoris ad amorē: et sic licʒ nō sit ibi eq̄litas amoris ꝑm q̄ntitatem: erit tū ꝑm proportionem. ¶ Deinde dicit ꝙ si sit multa distantia amicoꝝ in ꝟtute vel potētia nō est dignū dicere amicitiā esse inter illos vt int̄ hoīem ⁊ deū pauperem et regē: stultū ⁊ sapiētissimū vl' virtuosissimū. ¶ Circa qꝺ notādū ꝙ licʒ inter deū et hominem nō sit amicitia stricte sūpta q̄ in q̄dā eq̄litate cōsistit de q̄ hic loquit̄ aristo. cū nō sit eq̄lis amoris humanū ad deū. Est enī amicitia charitatis q̄ est habitus [illegible] amicitie de q̄ hic loquit̄ aris. q̄ q̄dē habit⁹ inclinat ad diligēdū deū sup oīa cū sit sūmū bonū. Deinde querit vtꝝ [illegible] amico velit maxima bona vt ꝙ habeat diuinā excellētiā ꝑticipatiue? Et dicit ꝙ forte amic⁹ nō vlt amico oīa bona ꝙ cū plus se diligat ꝙ amicū nō vult sibi maximū bonū. Hinc ē ꝙ multi homines nolunt amicos suos esse separatos ab hac mortali vita et eē beatos in eterna vita nō ꝑpter amicoꝝ bonum sed ꝑpter ꝑpriū.

¶ Comparat vlterius aristo. amari ad honorari que maxie debētur melioribus ⁊ excellētib⁹ dicens ꝙ amari videt̄ ꝑpinquū ei qꝺ ē honorari. Per vtrumqꝫ enī ostēdit̄ eē aliq̄d bonū in illo q̄ amat̄ vl' hōrat̄. Meli⁹ tū ē amari ꝙ honorari q: amicitia ꝑm seipam est eligibilis: ⁊ hoīes gaudēt ī amari ꝑm seipm. Multi enī desiderāt honorē nō ꝑm seipm sʒ ꝑm accn̄s. Quidā eī desiderāt hōrari a potētibus ex hoc sperātes se aliq̄d ab eis accepturos. Alij aūt appetunt hōrari a sapiētib⁹ ⁊ ꝟtuoſ vt habeāt firmā opinionē de ꝑpa bonitate iō gaudēt tali hōre credētes dicētiū ⁊ hōrātium iudicio. ¶ Insup dicit ꝙ ꝟtus amicitie cōsistit magis in amare ꝙ amari: q: amare est act⁹ ad quē inclinat ꝟtus amicitie. Est nāqꝫ amare velle alteri bonū. Vnꝺ magis amici laudātur ex eo ꝙ amant ꝙ ex eo ꝙ amātur. vnusq̄sqꝫ enī laudatur ꝑm ꝑpriam ꝟtutē.

## Uidetur autē. Ca. IIII.

¶ Hic cōsequēter ostēdit amicitiā eē cōsistere ī cōicatōe qꝺ ꝑbat: ꝙ circa eadē sint iustitia et amicitia. Vn̄ q̄ iustitia ꝯsistit in cōicatōe sequit̄ ꝙ amicitia ꝯsistit ī cōicatōe. Hoc etiā ꝑbat ex cōi vsu loquētiū: nauigātes enī hoīes solent appellare amicos eos q̄ ꝑm aliquā cōicationē sibi cōicāt sicut eos q̄ simul militāt ⁊ sic de alijs cōicatōib⁹ vnꝺ videt̄ tm̄ esse amicitia int̄ aliqs q̄ntū sibi cōicāt. Hoc etiā ꝑbat ex cōi ꝑuerbio: Dicit̄ enī cōit̄ ꝙ hec amicoꝝ sūt cōia q̄re amicitia ꝯsistit in cōicatōe: ⁊ sic oportet ꝙ ꝑm diuersas cōicatōes sint diuerse amicitie. Uidem⁹ enī ꝙ fr̄s ⁊ [illegible] sūt oīa cōia: et bon⁹ [illegible]. Alijs aūt amicis sūt q̄dā discreta et q̄ualdā [illegible] ꝑm hoc amicitiarū q̄dā sūt maiores ⁊ q̄dā sūt minores [illegible] cōicātes sūt maiores amicitie: sic etiā ꝑm diuersas cōicatōes sūt diuerse iusticie vel iniusticie. Aliꝺ ē enim iustū ad filios ⁊ ꝑres adinuicē ⁊ aliꝺ ē iustū int̄ ꝯtribulos ⁊ socios. [illegible] augmētationē accipiūt ꝑ esse ad

